
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 S
11

208

Trimeſtris repetitio

Singularum legum, quæ habentur ſub tit. ff torum

DE TESTAMENTIS IN GENERE. QVI TESTAMENTA FACERE POSSUNT.

ET

QVOMODO TESTAMENTA FIANT.

Ex legato â Ill.mi Cocini

LEONHARDO COPPELIO NORIbergenſi U. I. D.



In celeberrimâ VVitebergenſi Academia vicariâ operâ publicè propoſita.

Excudebat Fridericus Hartmannus, Typographus & Bibliopola in Academia Francofurtana ad Oderam.

ANNO M. D. CI.

MAGNIFICOS NOBILISSIMOS AMPLISsimos & excellentissimos viros

DN. DAVIDEM PEIFERUM auff Gosick *Illustrissimorum Saxoniæ Ducum Cancellarium &c.*

DN. IOHANNEM GEORgium Godelmannum I.C. Comitem Palatinum, & Illustrissimis Saxoniæ Ducibus à consilijs & legationibus &c.

DN. SIGISMUNDUM ROLINgum I.U.D. Clarissimum, Illustrissimorum Saxoniæ Ducum Præceptorem et Consiliarium &c.

DN. LUDOVICUM GULIelmum Moserum Electoralis subolis Saxoniæ Præceptorem & consiliarium &c.

Alloquitur

LIBER AUTORIS.

X 2 *Delecti*

Electi Proceres, virtus quos inserit astris,
Dilecti Charisin, Principibusq; viris.
Vos quando intueor, sublimes PAPINIANOS
Conspicor: & PHOEBOS vos ego dum video:
Nec miror CRASSOS, quando vos audio fantes:
Flexanimiq; ipsos arte movere Duces.
Mène ergò fas est despecto accedere cultu?
Mène ergò fas est obstrepere alloquio?
Vt reor, est. Fœtus vos nuperus alloquor, aqua
Et lima est vestri candida judicij.
Debilis alternis incedo passibus. Hic est,
Hic opus est vestro nempe patrocinio.
Nam vario nunc me crabrones murmure terrent:
In me acuit morsus turba molesta canum.
Defendat genitor. Genitor defendere solus
Haud potis: in vestro est spes super auxilio.
Delubro Alcides muscasq; canesq; fugavit:
At maius vobis numen inesse scio.

Ergò

Ergò agite eximias, celebrata quadriga, per aulas,
Pandite nunc vestri jura patrocinij
Velificate, mihiq; animis Patriq; favete:
Hic vestrum quivis Aeolus esse potest.
Vos habeam, sævæ potis haud est morsus Hyænæ,
Lætaq; ab Hesperio dona dracone feram.

AD LEONHARTUM CÖPPELIUM NORIMB.

I.U. D. publicantem tractatum de Testamentis.

Ondere qui possint testantia verba suprema
Ritè voluntatis libera jussa sua,

X 3 *Iusti-*

Iustinianei juris Digesta loquuntur,
Si tamen ut nomen, res quoq; clara sat est,
Quod nec dum liquidò sub aperto judice paret.
Quicquid at huius sit, lis ea lite vacat,
Quin opera insigni testere, ò arbiter aqui
CÖPPELI, studij pignora certa tui,
Huic dum materia scriptis prudentibus anteis
Spectanda ingenij judicijq; fide.
Leges illustrasse putetur Anicius ille,
Huic ipsi lucem laus tribuisse fuit.

Adamus Theodorus Adami F. Siberus
Orat. P.

ALIVD.

TESTAMENTA suis includere legibus aptè,
Iudicij laudem non mediocris habet,
Summa voluntatum pacta, & quid prima, quid ima
CERA velit, cautis pensiculare notis;
Atque horum nervos & sensa reponere vulgo
Quod facis; eximij res, LEONHARTE, boni est.

Frid. Taubmanus P. & Professor.

Thomas

Thomas Frantz/ D. & Pr.

MEin willige dienst zuvorn / Ehrenvhester / Hochgelarter günstiger Herr vnd Freund/ Was ich an den Herren vnlangsten der *Substitution* halben gelanget/ vnd Er sich darauff erkleret / dessen hat Er sich ohne zweiffel noch zu entsinnen. Wann ich dann eylends nach Prag vorreisen müssen / vnnd hiervon mit dem Herren selbsten zu handeln verhindert worden : Als bit ich hiermit freundlich/ Er wolle sich nunmehr angedeuteter *Substitution* vnseumblich anmassen / vnd meine stelle bestes fleisses vorwalten/ *In legendo* aber entweder den *tit. de verb signif. Regulis juris*, oder was jhme sonsten *in ff to Infortiato aut novo* gefelligk/ vor sich nemen. Deswegen ich dann auch an die *Facultet* geschrieben. Was die Belohnung

nung anlanget / will ich mich zu meiner (GOtt gebe glücklichen) wiederkunfft von Praga / dermassen mit dem Herren verglei-chen / das Er disfals solle zu frieden sein. Mochte ich dem Herrn zur nachrichtung nit bergen / vnd bin jhme zu freundlichen dien-sten willigk. Datum Torgaw / am 10. Martij, Anno 1599.

Dem Ehrenvhesten vnd Hoch-gelarten Herrn / Leonhardo Cöppelio bey-der Rechten Doctori zu Wittenbergk / Meinem günstigen Herrn vnd Freunde.

LEGI-

LEGITIMAE ERVDITIONIS STVDIOSIS S. D.

PRaſtantiâ finis, & rei difficultate moveor, ut legitimæ ſcientiæ animum adjicientibus, eaq; alios ſuperantibus, mirificam ac ſingularem quandam vim atque altitudinem ingenii, Dei conceſſu ac munere, contigiſſe, ſtatuam. Cùm enim nullam inter homines ſocietatem, ſine jure, coaleſcere poſſe, ſapientiſsimorum ſuffragio conſtet: Profectò artẽ illam, quæ in jure conſtituendo poſita eſt, ad rem omnium maximam, difficilimamq́, Reipub. nempe adminiſtrandæ ſcientiam, inprimis pertinere, nemo negatum ire poterit. Ideò autem in quoquo doctrinæ genere omni ætate plures, quàm in juris ſtudio, admirabiles extitiſſe arbitror: quòd autore M. Tullio in Orat. pro Murana, Iureconſulti urbana militia ſit: RESPONDERE, ex tempore, de jure certo: INTERPRETARI, ex æqui boniq; fontibus, jus ambiguum: CAVERE in omnibus negotiis contractuum, ul-

timarum voluntatum, & c. AGERE *denique, vel (juridico termino) SCRIBERE, hoc est, extra judicium legitimorum actuum, in judicio litigandi formulas concipere, & procedendi ordinem constituere. Vnde iureconsultus vivis suis coloribus à Manilio depingitur;*

Perpetuus populi privato in limine prætor.

Et M. Tullius 1. de Oratore, Iureconsulti domũ, totius civitatis oraculum esse, verissimè pronunciavit. Atqui RESPONSIO *præsupponit Civilis, Canonici, Feudalis, Imperii, provincialis, iisq; deficientibus, exotici juris, scripti & non scripti, memoriam, & in applicatione ad personarum, locorum & temporum circumstantias, æqui bonique artem, maximè reconditam.* INTERPRETATIO, *ad percipiendam verborum vim, omnis latinitatis, addo & Græcæ linguæ, cognitionem: ad indagandam loquentis voluntatem, popularem usum: ad eruenda rationum momenta juris publici, (quod genuino politices titulo notamus, scientiam requirit.* CAUTIO *deniq; &* ACTIO, *singulorum locorum curiarumq; ritus, atq; ita solertiam, & longum rerum usum exigit.*

Hæ

Hæc si quis secum diligenter reputauerit, nec de amplissimo juris studio contumeliosè, vel nimis exiliter, pronunciare: nec spes suas immoderatâ ambitione donare: sed sempiternâ gratitudine agnoscere poterit & debebit, Illustrissimorum Electorum, inclutæ domus Saxonicæ, munificentiam, quâ, ad hæcusq; tempora, clementissimè fouerunt, omnium bonarum artium Professores clarissimos: Inprimis verò Excellentissimos juris Antecessores, qui exploratam suam legum scientiam, & rerum omnium solertiam, quantum per alias publici muneris curas possunt, ad obscurissimarum materiarum ac legũ exactam interpretationem, in gratiam juris Studiosorum impensè conferunt. Hasce suarũ interpretationũ in Digesto Infortiato & Nova vices, non ita pridem, ex eàdem caussa, Illustrissimi Proelectoris Saxoniæ rescripto, Ampl: & Excell. vir, Dn. THOMAS FRANTZIUS, IURECONSULTUS *&c àd tempus absuturus, cuidam Doctori juris, idoneò, demandare jussus: Mihi? cui ne per somnium hoc incidere potuit, eas ultrò demandare voluit. Etsi verò hactenus magis discendi, quàm docendi opportu-*

portunitates quæsiverim, dissimilitudinem docentium sponte agnoverim, inæqualem proportionem inter laboris magnitudinem, famæ discrimen, & abjectam, exiguo tempore, compensationem, deprehenderim: tamen cùm hoc onus, mihi, nihil tale ambienti, ultrò impositum, & cum honorifico morum ac doctrinæ testimonio conjunctũ viderem: Numini parère, quàm, intempestivâ excusatione, ei resistere & obniti, sanctius & reverentius existimavi. Quod superest, vos Commilites, mihi exorandi estis, ut cras hora VII. matutina, sine ullo prologo, cursoriam explicationem Digesti Infortiati, ab amplissima Testamentorum materia, me repetiturum, pro solita vestra in me benevolentia, in operosa ista contentione, frequentes sublevetis. Nihil profectò mihi erit antiquius, quã uti, vobis vicissim obnoxius, omnes textus ordine in certa axiomata resolvam, obscura explicem, decidendi & dubitandi rationibus brevissimè subjectis exornẽ. B. V. P.P. VVitebergæ quinto & vigesimo die Martii, Anno Christi 1599.

Leonhardus Cöppelius, Noribergensis, I. V. D.

BREVIS INTRODV-
CTIO IN ff. tum INFOR-
TIATVM.

De subiecta materia, partitione, & Accidentibus ff. torum.

1. Edicta prætoris olim annalia: quæ de re proposita: à Saluio Iuliano collecta:
2. Edicti perpetui origo: Eius interpretes.
3.π Vnde dicta: an illis inserta constitutiones Impp.: an inserta Institutionibus.
4. Constitutiones insertas Institutionibus derogare iuri ff. torum contra Alciatum.
5. ff. torum partitio duplex: Iustinianea, septemplex: Interpretum triplex: nec non vtriusque origo & causa.
6. ff. torum an sit artificiosa Methodus, contra Fajum, Matthæacium & Donellum.
7. In ff. tis an reperiantur ll. contrariæ, & quomodo contrarietas effugienda.
8.π Florentinarum authoritas.
9. Digesta cur notentur per ff.

On abs re, in gratiam Tironum, præfationis loco pauca de subiecta materia, Partitione & Accidentibus (Methodo nempè consonantia & scriptione) ff. torum, præmissuros nos confidimus. Subiectam materiam quod attinet: Quemadmodum, olim prætoris intra annum saltem erat imperium, *per pr. Inst. de perpet. & temp. actionibus:* Ita illius edicta, populo, vt sciret, quod Ius quaq; de re in suo Magistratu dicturus esset, proposita. *l. 2. §. eodem tem-* 1.

pore 10.de O.Iur. duntaxat erāt annalia. *Cic.Verrina 3. Alciat 2.dispunct. 9.* Donec à Salvio Iuliano Icto subtilissimo collecta,& ab Imp. Hadriano, Senatusq; Consulto confirmata, perpetuam Prætoribus Iurisdicendi normam præscriberent, *l. 2.§. sed quia 19. vers. & hoc non pri-*
2. *mum.C.de Vet.Iur.Enucl.Duar.1.disp.35.* Hinc Edicti perpetui nomen, cuius ordinem in respondendo, & causarū decisionib., nō saltē Iurisconsulti, Vlpianus, Paulus, &c. *d.vers. & hoc non primum l.2.de statu hominum. l.3.C.de Emendo:* Sed etiam, Iubente Iustiniano, compilatores in hisce ffforum libris contexendis secuti sunt. *l. 1.§. cumque hac materia 5.C.de Vet.Iur.Enucl.* Impositum autem est hi-
3. sce libris nomen Pandectarum, † quod Veterum Iurisprudentum disputationes & decisiones præcipuas, circa præmemoratum Salviani perpetuum edictum in se receperint. *l. 2.§. Omnia igitur 1. vers.quod cœlesti.C.de Vet. Iur.Enucl: Donell.1.Com. 11.* Vetuit quippè Iustinianus hisce ffforum libris Constitutiones Imperatt. inseri. *d.l.2.§. similique modo 15.C.de Vet. Iur. Enucl.* Institutionibus contra quasdam constitutiones inseri voluit. *d.l.2.§. sed cum perspeximus 10. vers. admonuimus autem. C.de Vet.*
4. *Iur. Enucl.* Ex quibus fallax efficitur regula. † *Constitutiones Institutionibus insertas Juri ffforum non derogare. Contra Alciat.6.parerg.14.*
5. PARTITIONEM ffforum quod attinet. † Etsi Imp. Iustinianus totum opus diuiserit in partes septem, quæ recensentur *in d.l.2.§.igitur prima quidem 2.cum seqq.* Et in illa partitione ad artis legitimæ naturā, & numerorū harmoniam (licet eam ex Veterum superstitione ortam dicat *Duar. in præfat.ffforum c.3.Bodin.4.de Rep.2.*) respexerit *d.l.2.§.Omnia igitur 1.in f.C.de Vet.j.en.Anton.Massa Gales.1.de Exercitat.Jurisp.1.n.3:* tamen Bulgari & Azonis temporibus alia diuisio, in *Digestum Vetus* (conti-

nens

nens: tres priores partes Iustinianæas & quartæ partis libros quatuor, cum duobus titt. Atq; ita ex 50. libris 23. & duos tit. usq; ad tit. soluto matrimonio) *Infortiatum* (continens, præter quartę partis Iustinianeæ residuum, partem quintam, & sextæ partis libros duos: atq: ita ex quinquaginta libris 15. minus duobus titt. h. est, à tit. soluto matrimonio, usq; ad tit. de operis novi nũciatione,) *Et Novum* (continens, prçter partis Iustinianeæ sextæ residuum, partem septimam, atq; ita ex Quinquaginta libris duodecim) in scholis inualuit, de cuius diuisionis ratione multa tradit *gl. Br. n. 1. Alberic. de Rosate. n. 1. Alciat. n. 1. ad rubr. soluto matrimonio.* Exagitat tamen *idem Alciatus in præfatione libri 1. dispunct.* Nos uti hęc parum curamus *cum Lodovico Romano, ad d. rubr. soluto matrimonio in princ.* ita ffttum vetus, quasi prius, Nouum, quasi posterius; Infortiatum, quasi intermedium, & vtrique infarcitum, non improbabiliter dici putamus *cum Vult. in præf. Iurispr. Rom. fol. 17. facie 2.* Certè eandem divisionem usus, & docendi causa retinet *idem Alciat. 4. Parerg. 25. Reinald. Corf. 1. Indag. 1. Gualter. 2. miscell. 5.* ENIMVERO accidentia horum librorum quod attinet, disceptatur magnoperè,† an horum librorum compilatio artificiosa videri posit, quod negat *Barthol. Fajus in præfat. ad Connan. Angel. Matthæacius 1 de via Iuris. 28. Donell. 1. Comm. 1:* Mitior est *Duar. in Præfat. fftorum c. 2. & ad tit. de Orig. Iur. c. 2. in fine,* statuens: Genera ipsa non malè esse notata, sed sub singulis titt. rapsodiam quandam contineri, arte carentem Sed illam rapsodiam benè excusat *Imp. in d. l. 1. §. si quid autem 14. versic. aut n. ita lex. C. de Vet. Iure Enucl.* Etsi igitur commentatorum industriam Methodicam, non contemnam; non tanti facio tamen, ut non multò plura eos peccasse, quàm Iustinianum (si quid ab eo peccatum est) existimem, inquit *Du-* 6.

ar.1.disput.55. Non leviori porrò velitatione propter le-
7. gum dissonantiam in hisce libris concurritur,† dum con
trarium in hoc Codice extare negat *Imp. in d.l.2.§.16. C. de Vet Iure enucl.* cum quo transit *gl. ibid. Duar. in præfatione ffiorum c.3. circa finem, & de ll. c.10.* Vbi vocabulum Codicis restringunt ad ffta, idq; antecedentia evincere videntur. Animadvertendum igitur in omni textus collisione gradatim. I. An de lectione constet. II. An Phrasis sit æquivoca. III. an uterq; textus loquatur in eadem hypothesi, sive de eadem facti specie. IV. An utriusq; textus eiusdem scholæ sive sectæ (fuerunt enim dissensiones non leves inter Ictos *l.2.§.fin. de Or. Iur. Ant. Cont. 1. lect. 12.*) sint autores. V. Deniq; Num alterutra sententia recepta vel humanior, vel plurium consensu, vel principis autoritate munita dicatur. Quibus attentis vix erit, ut textus invicem oppositi in concordiam redigi nequeant, prout ista omnia latiùs, propositis exemplis, illustrat *Iohan. Mercer in suo conciliatore fol. 15. & seqq.* Sed quid
8. si lectio discrepet? Tribonianeis, † quæ olim Pisis, nunc Florentiæ (unde Pandectæ Florentinæ dictæ) nimium tribuit *Anton. Augustin. 1. Emendat. 1. Anton. Cont. 1. disp. 6.* de quo conqueritur *Anton. Faber 1. Conject. 14.* adeoq; & Noricum & Manuscriptum exemplar, & Græcorum (Theophili, Harmenopuli &c.) libros, & pontificum rescripta (si fortè in iis textus civilis referatur) consultò adhiberi, evincit *Iohan. Mercer. d. tract. fol. 23. & seqq.* Po-
9. stremò cur digesta per ff. notentur, † varias inquirunt & referunt rationes *Catellian. Cotta in memorab. verbo Pandectas, Forcat. Dial. 1. n. 15. Ferrand. 1. expl. 1. Guali. 2. miscell. 4. Cujac. 12. obs. c. fin.* à vero alienum non videtur, cum olim notarentur per π, errore librariorum accidisse, ut deinceps per ff. scriberentur. *Alciat. 3. dispunct. 16.*

AD

AD QVINTÆ PARTIS DIGESTORVM SECVNdam Iustin. diuisionem. Tit. I.

De serie ffii Infortiati, & continuatione materiarum in eo comprehensarum.

1. *Tutelarum materia quomodo cohæreat cum tractatu matrimoniali.*
2. *Autor curffii Infortiati repetitiones nec à tit. soluto matrimonio, nec à Tutelæ materia sit exorsus.*
3. *Successionis materia quomodo cohæreat cum præcedentibus & seqq.*
4. *Successionis vocabulo continetur testamentaria & ab intestato.*
5. *Testamentorum materia cur præposita sit successioni ab Intestatò.*
6. *Varia lectio tit. I. in libro 28.: Retenta vulgaris, & contra manuscriptos Codices, nec non ꝑ Florent. defensa.*
7. *fftorum quarta & quinta partis Libri cur dicantur generales.*
8. *In digestis extare titulos non tantum ad materiam aliquam, sed etiam ad totum librum, imò ad totam partem, generales.*

ABsolutis generalissimis, & ad omnes ffti partes & libros pertinentibus, eadem brevitate pauca adhuc subjiciemus de serie ffti Infortiati, & de continuatione materiarum in eo comprehensarum. Nam cum initiales titt. ffti Infortiati, adeoque residua in lib. 24. & seq. cum tractatu matrimoniali (quem Dominus Doctor Franciscus Methodicè explicuit) cohæreant: tutelarum & curæ

materiam iuxta librorum seriem non abs re subjicere-
1. mus, præsertim, † quoniam subolis nostræ, legitimo modo quæsitæ, educatio, non solum ad nos pertinet; *per princ. I. de Iure N.G. & C. l. 1. §. Ius naturale 3. de Iust. & Iure*; sed etiam post obitum nostrum, sæpè tutorum vel curatorum defensione eget. *l. 2. in pr. Qui petant. tut.* Sed
2. cum † illa materia maxima ex parte sit sua luce plana & perspicua, & brevi, doctissimis annotationibus, Martini Coleri Iuriscõsulti, ingenio, ocio & Bibliotheca abundãtis, illustrata lucẽ visura: Iuvabit difficiliorẽ successionis tractatum assumere, & quæ non solum in Scholasticorũ subsellijs, sed etiam in Pragmaticorum pulvere coronam merentur, inquirere, inventa luce donare, memoriæq; subsidio custodienda tradere. Antequam igitur compilatores, ad modos acquirendi singulares in ffto
3. novo pervenirent, † successionis materiam præmittere voluerunt, tùm quod universalem acquisitionis modum, quo ad bona defuncti, constitueret. §. *fin. I. per quas pers. cuique acq.* tùm quod causam publicam haberet. *l. 3. Infra hoc tit. Angel. Matthæac. 2. de via Iur. 22. n. 8. & seqq. Contra Cuj. hic in parat. n. 1. Arnold. ab Haersolte. p. 5. act. 1. n. 1.* ubi continuations rationem à quasi cõtractibus petũt *per §. heres 5. Inst. de Obl. qua ex q. Contr.* Atqui illud factæ acquisitionis tantùm accidens est fortuitum, quatenus testator heredem legati onere grava-
4. vit. Successionis porrò vocabulum † etiam quo ad præsentem materiam generale est, indeq; vel ex testamento vel ab intestato venientem denotat. *l. fluminum 24. §. adjicitur de damn. infect. l. 1. §. illud. Quorum legat. Tiraq. in tract. le mort. sai sit. p. 2. decl. 7. n. 7. Vasq. de success. creat. in praef. n. 15. & seqq. Dauth. de Testam. n. 6.* Enimverò cum testamenti causa potior sit, quâ durante, ad eos, qui ab in-
5. testato vocantur, nihil pervenit, † Commodissimè testamentaria successio in hac Quinta fftorum parte

præpo-

præponitur. *l.1. de pet. hered. l.39. de acquir. her. l.89. de R.I. Mant lib.7. de Conj. Ult. Vol. tit.7. n.14.* Iam quod attinet primum huius quintæ partis Iustin. tit. de eius lectione non constat.† Vulgaris lectio est: *de Testamentis, &* 6.
qui testamēta facere possunt; Et quemadmodū testamenta fiant. Hæc lectio probatur, *per §. quintus autem exoritur 6. de confirm. fftorum.* ubi Iustin. hanc quintam partē generaliter de Testamentis inscripsit: Deindè probatur ex ipsa subiecta materia huius tit. ubi *in l.1.* traditur testamenti definitio, inde usq; *ad l.20.* Qui testamenta facere possunt; à *d.l.20.* usq; ad finem, quomodo testamenta fiant, respectu nempè externorum requisitorum. Contra manuscripti Codices ita legunt: *Titulus de Testam. primo: Qui testam. fac. poss. Annotante Lodovico Charonda in Apostilla hîc*, quæ lectio fundatur in eo, quod Iuriscōsulti à generalib. ad specialia procedere soleant. *§. his igitur generaliter 2. Inst. de Iust. & Iure:* Atqui omnes libri novem huius quintæ partis ad testamentorū materiā pertinent; Ergò hic tit. primus de Testamentis eius generalia continens, generaliter concipiendus fuit. Denique in Pandectis Florentinis omni generalitate exclusa simpliciter legitur: *Qui testamenta facere possunt:* Hæc lectio fundatur *in §. sed quia solitum est, 5. in Proœm. fftorum de Iuris docendi ratione*, ubi Iustin. postquam primæ partis libros πρῶτα, secundæ partis de Iudicijs; Tertiæ de rebus, nominavit: Quartæ & quintæ partis libros singulares dici voluit; Unde manifestè apparet, nullam generalitatem inserendam fuisse. Sed hisce non obstantibus vulgarem lectionem non tantùm subjectæ materiæ, sed toti parti quintæ convenientem, retinendam censemus, suffragante rei evidentiâ, quæ conjecturis ex manuscripto

pto

pto Codice & Pandectis Florentinis desumtis, locum non relinquit, accedente præsertim authoritate Iustin. *in d.§. quintus a.6. de confirm. ffiorum.* Nec obstat, quod
7. quartæ & quintæ partis libri singulares dicantur: + Hoc enim eum habet sensum, quod continuo ordine, sicut partium præcedentium libri ex Iustiniani præscripto non sint explicandi, sed trium annorum studiis interpolari debeant. Neutiquā verò inde efficitur, in huius quintæ partis libris disparatas contineri materias. *Anton. Cont. 1 lect. 11. n. 2. Dauth. ad rubr. huius tit. Circa fin.* Ex hisce pla-
8. nissimè liquet, non tantùm extare + in ffis titt. ad alios titt. generales, uti *tit. de restit. in integr. de usufr. de Servit.* &c. Sed etiam generales ad totos libros, imò etiam ad totam partem, *uti hic tit. 1. per l. 2. §. igitur prima. 2. cum seqq. C. de vet. Iur. enucl. Duar. ad rubr. hic. Robert. 2. animadvers. 6.* (ubi tamen negat, *hunc tit. 1.* ad totam partem quintam generalem esse: sed confutatur *per pr. Iuncto §. ante heredis 34. I. de Legat.) Et in notis ad notata Mercatoris lib. 2. c. 6.* Dissentit *Cujac. ad tit. de rebus credit. & tr. 2. ad Afric. in pr. ad l. si cum servum 23. de Rebus cred. Et lib. 7. obs. 32. Et lib. 2. in nott. ad animadversiones Roberti 6.* (quem sequitur *quo ad tit. de Iudiciis, & de rebus creditis,* negans eos ad totam partem generales esse, *Anton. August. 3. Emendat. c. fin. Dauth. ad rubr. hic)* Sed confutatur *per d. l. 2. §. secundus a. 3. cum seq. C. de Vet. Iure enucl. Dd. ad rubr. de rebus credit. ubi latiss. Donell. n. 1. & seqq. Robertus in allegatis locis.*

PARS PRIMA h. tit.

AD LEGEM I.

1. Insti-

1. *Iustinianus cur singularum ll. autores in inscriptionibus exprimi voluerit.*
2. *Autor. h. l. 1. est Modestinus, non Vlpianus.*

TAnta à Iustiniano antiquitati habita est reverentia, ut nomina Iurisprudentium, taciturnitati tradere nullo modo pateretur, sed nomen cuiusq: eorũ, † qui autor legis 1.
fuit, ẽtis inscribi voluerit. *l. 2. §. tanta 10. C. de Vet. Iur. Enucl.* Usus harum inscriptionum insignis est, ut ex subjectis locis, tantò promtiùs sit, de mente autoris judicare: subjectam n. materiam in oppositione textuum tertio loco attendendam esse, supra monuimus. Deinde exemplo Imp. ad parem reverentiam & gratitudinem veteribus interpretibus, in non supprimendis autoritatibus eorum, præstandam, invitari nos patiamur. Est ergò autor † huius legis primæ Iu- 2.
reconsultus Modestinus ad lib. 2. Pandectarũ, ut rectiùs advertit *Duaren. hic tit. Quid sit Testam. Cujac. in parat. n. 3. Petr. Perenn. 2. animadvers. 21. circa pr: Contra (Covar. ad Rubr. ẽ. de Testam. p. 1. n. 9.) VVes. hic n. 4. & Petrum ab Arca Baudoza,* qui hanc definitionem Ulpiano asscribunt, fortè ex eo errore, quod is non dissimilem Definitionem retulerit *in fragm. tit. 20. in pr.*

Nunc ipsius Definitionis singula verba perpendamus, perpensis, paucas, easque præcipuas Qq. controversas, inde exstructas, subjiciamus, curæ precium erit.

DE TESTAMENTI DEFINITIONE NOMINIS ET REI.

1. *Testamenti notatio ex effectis, quod dicatur q. testatio mentis.*
2. *Hæc notatio non est Etymologia Grammatica, sed species argumenti latior, quam natura coniugati.*
3. *Nec est testamenti definitio.*

B *Testa-*

Testamentum) Servius Sulpitius Iurisconsultus, referẽte *Gellio.6.Noct.12.* testamenti notationem reddidit ex Effe-
1. ctis, † quod ita appelletur, *q. testatio mentis*, cumq; secutus est *Vlp. in fr. & tit. 20. in pr. Iustin. in pr. & ibi Theoph. Inst. de testamentis ordinandis, adeóque Dd. communiter teste Vasq. in præfat. de success. Cre. n. n. 28. Gras. 30. §. testam. q. 2.* Alij contra, rejecta notatione, naturam conjugati, seu allusionem soni, in testamenti vocabulo agnoverunt, ut à verbo testor, testamen, additâ Syllabâ: tum, Sicuti à velo, velamen, velamentum, derivaretur. Et ut penitùs fidem facerẽt, absurditatem argumento à pari demonstrarunt: Si enim testamentum à mente, utique & calciamentum, Pavimentum, &c à mente derivaretur; Sed absurdum hoc: Ergo & illud. Hæc *Gell. d. c. 12. Laurent. Valla. 6. Eleg. 36. Catellian. Cotta in memorab. verbo: testam. Alciat. lib. 4 Col. 3. Et ad l. taberna n. 9. de V. S. Tiraq. de Nobil. c. 31. Covar. ad rubr. p. 1. n. 1. & 2. de Testamentis: Cujac. 11. obs. 37. circa med.* Atq; ita vocabolum mentis non inesse, sed rei explicandæ gratiâ adjectum esse, tradit *Connan. 9. Comm. 1. n. 9. VVes. hic. n. 5.*

2. Cæterum hâc ratione non obstante † receptam sententiam defendit *Petr. Gregor. Tholoss. in Syntagm. Iur. Civ. p. 3. li. 42. c. 2. n. 3.* Ubi autoritate Sexti Pompei in libris de V. S. evincit, testamentum esse quasi mentis memoriale, testatò h. e. adhibitis testibus *l. 7. de assign. libert. Connan. d. c. 1. n. 2. Hottom. ad pr. Inst. de testament. ord.)* factum, ut ita mentum sit ab antiquo verbo Meminiscor. Iuvatur hæc notatio, quod Iurisconsulti in originationibus studiose, more Stoicorum, rem ipsam expendant, *Claud. Cant. Petr. Lign. & Dd. ad pr. Inst. de Testamentis ordinand.* Et in ultimarum voluntatum interpretatione magis testatoris mentem, quâm verba, attendant. *l. 12. §. fi. de Leg. 1. l. 7. in fi. de suppel. leg. Petr. Perean. d. c. 2 n.* Nec obstat, quod multa vocabola desinant in mentum, in quæ mentis consideratio non cadit: quia illud fit derivatione Grammaticâ, non modo argumentationis

latiori,

latiori,uti innunere videtur *Forcat.Dial.73.n.4.* Deniq; in excessu peccat *Petr.Lign.Balduin.ad rubr.ubi Vues.n.3.Inst.de Testam.ordin.* qui superiorē notationem pro definitione testamenti admittunt: † Atqui mentis contestatio, cum testamento affirmativè non convertitur,(uti alias Definitio cū definito converti debet)sed duntaxat negativè. *Paul.de Castr.n.3.hîc.Angel.ad rubr.n.9. cum tribus seqq. Platea n.2. Porcius n.6. Vigl.n 10. & seqq.Nonius n.31. & seqq. Inst. de Testam. ordin.* 3.

Testamenti Genus.

1. *Testamenti genus est sententia.*
2. *Sententia quid sit.*

Sententia) Hoc vocabolum,utpote suâ naturâ latius,hîc † generis loco ponitur. *Bart.hic n.1. Paul.de Castro n. 1.Duar. tit.quid sit testam.Covar.ad rubr.p.1-n.3.de Testamentis.* Quod n.1 quis,animò sensit,& deliberatò constituit,sententia vocatur. *Quintil.lib.8.c.5. Br.d.n.2. Paris de Puteo in tr.syndicatus verb: Iudex malè Iudicans c.1.n.2.* Præsupponit ergò rectum Iudicium *Aristot.6.Eth.11.* Adeoq; plenius, aut æquè plenum est sententiæ vocabulum,ac dispositionis, quod perperam substituendum putat *Dyn.& Albericus hîc.* 1. 2.

Testamenti forma.

1. *Iustæ vocaboli quadruplex interpretatio.*
2. *Perfectio quadruplex.*
3. *Diversæ interpretationes vocaboli justæ conciliantur.*
4. *Accursij interpretatio sustineri potest:*
5. *Modestini definitioni non inserenda esse verba,cum heredis Institutione.*
6. *Objectiones contra hanc formam.*

7. Hanc formam non esse latiorem.
8. Nec esse angustiorem.
9. Conciliatur cum Modestino definitio Vlpiani.

Iusta) In hoc verbo, unanimi Interpp. confessione, consi- stit testamenti forma. *Connan. 9 Comm. 1. n. 2. circa fin. Duar. hic tit. Quid sit testam. Don. 6. Comm. 4. in pr.* Ut ergo per hanc formam testamentum non tantùm constitueretur, sed etiam constitutum ab alijs rebus discerneretur, variæ ortæ sunt huius vocabuli Interpretationes. Primò n. significat idem quod solenne. 2. legitimum 3. perfectũ *Br. hîc n. 3. sequitur Dom. 6. Comm. 4.* Ex hisce vocabuli significatis, ut Defini-
1. tio nostra subsisteret, alij Iustam Interpretati sunt † solennem sententiam, *Accurs. in gl. hic verbo Iusta. Vigl. ad pr. n. 29. Inst. de Testam. ord. Covarr. ad rubr. p. 1. n. 19. de Testam. Dominic. de Magdal. in tr. de numero testium in testamento requisito p. 1. c. 4. n. 35. Carolus Sigonius 1. de antiq. Iure Ciuium 12. Connan d. c. 1. circa fi. n. 2. Donell. d. c. 4.* reprobãte *Vultejo ad rubr. n. 17. Inst. de testam. Ordin.* Alij Iustam sententiam interpretati sunt legitimã, ratione causæ efficientis. h. e. ã. ll. introductam *Duar. hic d. t. Quid sit testamentum fol. 313. reprobante Donell. d. c. 4.* Alij Iustam sententiam interpretati sunt perfectam κατ' ἐξοχὴν h. e. secundũ perfectionem testamentariam *Br. hîc. n. 3. Bl in pr. Alc. ad l. nemo potest 55. n. 24 de Legat. 1. Vasq. de success. creatione, in præfat. n. 27. & seq. Covarr. ad rubr. p. 1. n. 11. de Testam. Connan. d. c. 1. n. 2. in fi. Grass. §. testam. q. 1. Mantica d. tr. lib 1 t. 4. n. 10. Hott. Consi 36. n. 14 Don. d. c 4:* Et pro ulteriori declaratione testamenti, perfectionem aliam
2. fecerunt † naturalem, respectu voluntatis, aliam substantialem, respectu institutionis hæredis, aliam formalem quo ad solemnia, aliam effectus seu irrevocabilitatis, quo ad mortem defuncti, & aditionem hæreditatis *Bl. hîc. n. 1. Vnde assumserunt Castr. n. 6. Dauth. de Testam. n. 9.* reprobante nihilominus hanc interpretationem. *Castr. hic n. 5. Alex in addit. ad Br.*

ad Br.hîc lit.B.Vigl.ad d.rubr.n.24.Vult.n.17. Alij deniq; novam vocabuli Iustæ excogitarunt significationem, atq; ita Iustam sententiam interpretati sunt legitimam formaliter. h.e.secundũ testandi regulas de testamẽtis scriptas. *Ludov. Charõd.EtCuja.hîc in d.l.1.& in parat.n.2.Vacon.4.decl.52.n.4. Connan.d.c.1.n.2.in fi.Duar.D.t.Quid sit testamentum Donell. d.c.4.Roland.Passager.p.1.rubr.3.n.2.de testam.Vult.ad d. rubr.n.17.*

Sed si hasce interpretationes rectè expendamus, parum inter eas discriminis deprehendemus: † legitima n.formaliter nihil differt à solenni secundum solennitates testamentarias *Covar.d.loc.n.19.Don.d.c.4.* Æquè sententia perfecta secundum perfectionem testamentariam, à solenni, secundum solennitates testamentarias, nihil distat. *Covar.d.n.19. Don.d.c.4.Dauth.d.n.9.fol.43.* Deniq; cum efficiens & forma, quoad legitimam sententiam concurrant *l.si uxor.§.1.ad l. Iul.de Adult.Donell.d.c.4.* Utiq; legitima sententia formalis ab ea, quæ respectu causæ efficientis hîc dicitur, commodè distrahi non potest. Unde efficitur, quamlibet harum interpretationum κατ' ἐξοχὴν securè retineri posse *Connan. d. c.1.n.2.Circa fin.Don.d.c.4.Dauth.d.n.9. fol.43.* Interim, salvâ aliorum autoritate, † Accursij interpretationi, ut antiquissimæ, ita quoq; verissimæ, accedere non dubitamus. Cum n. testamentum non Iure factum, sive Injustum dicatur, ubi solennia Iuris defuerunt *l.1.de Injust.rupt.ir.fact. Ludovic. Roman.hic.n.1.* profectò adhibitis solemnitatibus, testamentum Iure factum sive Iustum dicendum est, *Connan. d.c.1. n.2.circa fin.* solemnia a.accipimus testamentandi regulas *l. 4.h.t.* sive omnia testamenti generalia & specialia requisita *Br.hic.n.3.Bologn.ad rubr.n.12.de lib.& posth.Et in l.sciendum n.4.& 7.de V.O.Cujac.in d.l.1.hîc Donell.d.c.4.* Unde porrò sequitur: † non inserenda esse definitioni nostræ verba, *cum hæredis institutione*, uti perperam inserenda putavit. *Accurs.hîc in gl.in verb.Iusta.Alberic.hîc in pr.& vers.est ergò.*

3. 4. 5.

B 3 Castr-

Castr. hic. n. 5. Roland. Passeger. d. rubr. 3. n. 1. Dauth. d. n. 9 fol. 46. lit. A. Quippe testamentum Modestinus hîc in genere definivit, ut postea pluribus deducemus. Enimverò hanc
6. nostram definitionem oppugnant 1.† Ut latiorem suo definito: Iusta voluntatis nostræ sententia de eo quod quis per mortē &c. est testamentum, Legatum, fidei commissum codicillus, &c. est Iustà voluntatis nostræ sententia, &c. Ergò est testamentum. Deinde eam impugnant tanquam angustiorē suo definito: Testamentum est Iusta. i. e. solennis voluntatis nostræ sententia: Testamentū militare, & testamētum ad pias causas, &c. Non est solennis voluntatis nostræ sententia. Ergò testamentum militare, &c. non est testamentum, quod tamen per se falsissimum. Hæc movet *Accurs. in gl. hic in verb. Iusta Br. n. 2. & 3. Alberic. hîc. Castr. n. 3. 4. & 5. Vigl. d. n. 24. Vult. ad d. rubr. n. 16. Dauth. d. n. 9. fol. 42.* Adeoq; propterea hanc definitionē prorsus rejicit, *Vult. d. n. 17.* Deniq; opponitur huic interpretationi definitio Ulpiani in fragm. tit. 20. ubi Iusta, opponitur cōtestationi solēniter factę. Ergò Iusta volūtas, nō potest explicari, solennis volun-
7. tas. Cæterū hisce & alijs non obstantibus † cum testamenti vocabolum generali significatione codicillos quoq; comprehendat. *gl. & Dd in l. 2. C comm. de Legat. Paul. Castr. hic n. 3. ubi Franciscus Curt. in addit. lit. B. Dauth. ad rubr. d. n 9. fol. 41. lit. B:* non immeritò Modestinus testamentum generaliter definijsse dicendus est. Si verò specialis significatio retinenda sit, respondebimus ad minorem primæ objectionis per Inficiationem: multà n. solēmnia testamenti propria sunt, quæ ad relatas superiores species applicari non possunt, uti verba civilia & alia, de quibus *in l. Lucius* §. *fin. de Legat. 2. l. 15. C. de testament. Brisson. lib 1. fol. 119.* §. *quo in loco, & lib 7. fol. 656* §. *porrò & fol. 662. circa finem, de formulis populi Romani. Cujac. in d. l. 1. hic Duar. d. t. hic.* Iam verò secundum argumentum quod attinet, qui Modestinum excusare cupiunt, definitionem nostram ad minùs solennia testa-

testamenta pertinere negant, uti *Dauth.d.n.9.fol.44. Et fol. 46.lit.A.* Sed cum hâc responsione non tollatur Objectio, † nos itidem ejusdem argumenti minorem negabimus: Habet enim testamentum Militare, ad pias causas, &c. suas regulas & solennitates, non quidem Iuris communis, attamẽ Iuris singularis. *Connan.d.l.Don.d.c.4.* Sic Codicilli, respectu testamenti in specie sic dicti, nullas habere dicũtur ordinationis solennitates *§.f.Inst.de Codicill.* Atqui habent solennitates secundum naturam Codicillorum, dum inter alias quinque testium præsentia exigitur. *l.fin.C.de Codicill. Vacon.d.declar.52.n.4.* Deniq; de definitione Vlpiani habendum: † Iustam contestationem ibi referri ad testamenti factionem: Solemnia ad testandi regulas, prout hæc separantur *in d.l.4.h.t. Petr.Perennon.2.animadvers.31:* Separata cõjungi à Modestino hîc, in latâ significatione vocaboli Iusta, *Cujac.in d.l.1.hîc. Et in parat.n.2.* prout aliàs in Iure novum non est, unum & idem vocabolum modò generaliter, modò specialiter usurpari, quemadmodum ex vocabolo adoptionis etiam tyronibus liquet. 8. 9.

Testamenti causa Efficiens.

1. *Voluntas naturaliter & civiliter habilis testamenti causa efficiens.*
2. *Si quis testari coactus, vel testamentum mutare prohibitus sit, an testamentum ipso jure nullum sit.*
3. *Quatenus testatorem blanditijs, aut aliter ad testamenti factionem provocare liceat.*

Voluntatis) Sequitur hîc testamenti caussa Efficiens, † quæ est testatoris voluntas ad testamenti factionem naturaliter & civiliter habilis. Naturaliter quidem habilis efficitur, eorum sensium ministerio instructa, qui ad testandi actum requiruntur: Cujusmodi requisita nobis suppeditabunt 1.

būt *l.2.l.5.& alia Infrà h.t.* Civiliter habilis efficitur testandi potestate, legibus civilib. Testatori concessa. *l.3. Infrà h. t.* Exempla nobis suppeditabunt *l.4. l.6. l.8. l.16. Infrà h.t.* Cum enim naturalis facultatis & civilis potestatis concursus omnium humanorum actuum principia subministret, *l.6.C. Si quis alteri vel sibi. Molin ad l.1.§. si quis ita n 34. Infrà de V.O.*, rectissimè testatoris voluntas ad testamenti factionē, naturaliter & civiliter habilis, testamenti caussa Efficiens constituitur. *Dauth hîc ad rubr. nostri tit. n 19.* Circa hæc ab Interpp. utiliter quæritur: 1. Si quis Testatorem
2. testari coëgerit, vel prohibuerit,† utrum testamentum ipso Iure nullum sit; an per se validum? Cujus Quæstionis sedes alioqui ordinaria est *in rubrica & nigro tit. ff. iorum & Codicis: Si quis aliquem testari prohibuerit.* Utilitas in eo est, ut si ab initio nullum dicatur, hæreditas ad legitimos heredes devolvatur: Sin ab initio validum sit, cogenti vel prohibenti, ceu indigno, per Fiscum auferatur. Quæstionis antecedens affirmatum dubium facit vulgata regula, quod etiam coacta voluntas sit voluntas, cum per metum gesta ipso Iure teneant, licet extraordinario remedio rescindantur. *l. si mulier 21. §. si metu. Quod metus caussa.* Indeq; affirmatum Quæstionis consequens recepit. *Br. in l. fin. si quis aliquem test proh. ubi Duar. ad 2. partem rubricæ. Cujac. in Paratt. Bl. in l.1.n.6.C. eod. Castrens. in nostra l.1 hîc, n 4 ubi Duar. tit. Quid sit Testam. Guiliel. Benedict. in c. Rainut. verbo: Condidit. n.4. Extra de Testam. Clar. lib.5. sent.§ fin. Quæst. 79. n 9. Menoch. Cas. 395. n. 5. & seqq.* Sed, hâc ratione non obstante, à communi diverterunt *Alex. ab Immol in l qui Testamento 20. circa fin. n. 13. Infr. h.t. Ias. in l.1. n.3. C. si quis aliq. test. proh. Vasq. 2. de Success. creat. §. 17. requisito 22. n.4. & 5. Et lib.3. §.21. limi. 7. n.82.* Quorum argumenta etsi evertere conetur *Dauth. ad rubr. hîc. n.20:* tamen posteriorem sententiam satis validè munivit, nuperrimè *Hyer. Panschm. p. 2. q. 22. n.33. & seqq.* Cum in Testamentis non tantùm voluntas; sed libera & spon-

ſpontanea voluntas requiratur. *d.l.1.C.Si quis aliq.teſt.* Eamque ſententiam in hiſce terris dubio carere atteſtatur *Dan. Mull.3.ſemeſt.42.circa fin.per Conſt.Elect.5.circa fin.p.3.* Et huc conferre licet, quæ adduxi *in diſputatione univerſalis ſucceſſ.1.th.5,ſub lit.B.*

Amplius hîc Quæritur:† An teſtatorem blanditijs demulcere, atq; ita eundem ad teſtamenti factionem provocare liceat. Et ſanè affirmata ſententia omni caret dubio. *l. fin.Si quis aliq.teſt.proh.l.fin.ubi Ias.n.5.C.eod. Alciat.2.Parerg.31. Vasq. d.lib.2.§.17.n.13. & ſeqq. Gail.2.obſerv.117 n.4.* Niſi blanditiæ ſint doloſæ, & in alterius perniciem comparatæ, vel etiam importunæ. *l.1.§.perſuadere.de Serv.Corr.d. Conſt. Elect.5. circa fi.p.3.Bl.in d.l.1.n.16.& 20. C.ſi quis aliq. teſt.Guilielm. Benedict. in d. c Rainnut. verb. condidit. n.26. Franciſc.Marc.decis.Delph.129.p.2. Matth.de Afflict.deciſ. Neapol.69.n.4.& 5 Vincent.de Franch.deciſ.Neapol 180.Covar. ad c.cum tibi. n.4.de Teſtam. Menoch.d.caſu 395.n.41.& ſeqq. Hartm.Piſt.lib.1.q.29.n.3.& 4.* 3.

1. *Hoc vocabolum referri debet ad perſonam teſtatoris, qui vel civis eſt, vel peregrinus.*
2. *Idem vocabolum diſtinguit teſtamentum, à mortis cauſa Donatione.*
3. *Teſtamenti facti non poteſt conferri in alterius arbitrium.*

Noſtra) Occaſione hujus vocaboli eliditur duplex objectio *Herman.Vultej*, quarum prior habetur *ad rubr.n.17. I. de Teſtam.ord*, ubi ex eo anguſtiorem Definitionem noſtrã arguit, quod Peregrinorum teſtamentis non conveniat. Quippè, ſi diſplicuerit, *Civiũ Romanorum teſtamenta à Modeſtin.hîc.tantum fuiſſe definienda*, uti aſſerit *Br.hîc n.2.in fi. Alberic.in verb.Teſtamentum Paul.de Caſtro.n.2.Duar.tit. Quid ſit teſtam.* uti mihi quoq; diſplicet: cum hoc modo non tol-

1. latur dubium; Respondebo, hoc vocabolum *nostra* † ad personam testantis referri: Si ergò testator civis sit, civium, si peregrinus, peregrinorum instituto & legibus testari poterit, quæ leges & instituta, cum iis in locis justa habeantur; testamenta quoq; eo modo justa dici, nihil prohibet. Posterior objectio habetur *in d. rubr. n. 16.* ubi ideò latiorem nostram definitionem *Valtejus* arguit; Quod etiam donationi
2. mortis caussa competat. † Atqui hæc conventio est. *l. uter 38. de Mortis causs. donat:* Conventio plurium *l. 1. §. conventionis de Pact. l. 3. de Pollicit.* non nostræ duntaxat voluntatis est, uti testamentum *in text. nostro hîc* definitur.

Deniq; cum alterius voluntas nostra non sit, rectè ex
3. hoc vocabulo infertur; † Testamentũ in alterius arbitrium cõferri non posse. *l. illa Institutio 32. de Hered. inst. Guil. Benedict. in d. c. Rainut. in verb. Condidit. n. 1. & 15. Vasq. d. lib. 2. §. 17. n. 77. & seqq. Petr. Pecc. 1. de Testam. Conjug. 12. n. 3.*

Testamenti objectum seu materia circa quam.

1. *Objectum testamenti est omne id, de quo testator universaliter, vel particulariter disponit.*

De eo) Sequitur hîc Testamenti objectum, seu materia circa quam *Bologn. ad rubr. n. 5. de Liber. & posth. Dauth. hîc ad*
1. *rubr. n. 39.* Objectum ergò testamenti, † est omne id, de quo testator disponit, sive Universaliter, sive Particulariter. *Accurs. in gl. hîc. Br. n. 1.*

1. *Non inserendum hîc esse vocabolum Nostrum.*

Quod quis) Ut oratio suis numeris constet. *Donell. 6.*
1. *Comm. 4. in princ.* inserendam putat voculam: *nostrum,* † quę cum

cum antea satis expressa sit, per relativum, *Quis*: rectiùs subintelligimus personam testatoris.

1. *Hæc vocabula duplici de causa definitioni inserta sunt.*
2. *Mors hìc intelligitur naturalis.*

Post mortem fieri velit) Hæc verba inserta sunt, 1 tùm quod ultima voluntas, usque ad ultimum vitæ spiritum sit ambulatoria sive mutabilis. *l. 4. de Adim. legat.* tùm, quod testamentum post mortem demùm Testatoris effectum sortiatur. *l. 18. §. fin. de Manumiss. test. Covarr. ad rubr. n. 20. Extra. de Testam. Cujac. hìc.* Idq; mirabili concesso testatori autoritate Iuris publici privilegio *Ludov. Roman. ad rubr. hìc n. 2. Nonius ad rubr. n. 7. I. de Testam. ordin.* Mortem verò naturalē non civilem intelligit, Modest. 2 quod hâc testamentū irritum reddatur, non effectuum sortiatur. § *Alio à 4. Inst: Quibus mod. testam. infirm. gl. hìc. in verb. mortem. Br. n. 7. Bl. n. 3. Castrens. n. 6.*

Ex quibus omnibus inferimus: Ictum Modestinum perfectam testamenti Definitionem nobis reliquisse, quod hactenus per materiam ex qua, sive genus: Formam sive Differentiam Specificam, Causam efficientem, Objectum sive materiam circa quam, demonstrandum fuit.

DE TESTAMENTI DIVISIONE.

1. *Testamentum inusitatum duplex.*
2. *Testamentum Iuris civilis pacis tempore, quod fiebat calatis comitijs.*
3. *Testamentum juris civilis in procinctu.*
4. *Testamentum juris civilis per æs & Libram.*
5. *Testamentum Inusitatum juris Prætorij.*

6. *Testamentum usitatum ex jure civili & prætorio mixtum est.*
7. *Testamentum usitatum juris communis plenum.*
8. *Testamentum usitatum juris communis minùs plenum sive Codicillus.*
9. *Testamentum generali appellatione continet Codicillum.*
10. *Statuto prohibitus testamentum facere, non potest facere Codicillos.*
11. *Testamentum juris singularis.*

DEfinitionem Testamenti generalem excipere debebat Divisio. Hanc, à compilatoribus hîc omissam, & tamen ad textuum nostrorum explicationem penè necessariam, & per se alioqui obscuram, si planiùs subjecero, nihil me à proposito meo alienum commisisse putabo. Itaq; animadvertendum est: Testamentum in Iure nostro reperiri, aut Inusitatum, aut usitatum.

1. Inusitatum testamentum fuit † vel juris civilis, vel juris
2. Prætorij. Illud rursus triplex erat. I. Pacis tempore, † Calatis comitijs (*de quibus Alexander ab Alexandro 4. Genial. 3. Gell. 15 noct: 27. Gruch. tract; de comitiis. Hotom s:. observ. 11.*) in convocata populi concione scribebatur, sine ullis testibus, utpote populo omnem solennitatem sua autoritate supplēte. § *sed ut nihil 1. I. de testam: ordin. Gell. d. c. 27.* II. Dicebatur
3. in procinctu, † quod nuncupabant dubiam belli aleam tentaturi, præsentibus commilitibus: ita dictum, quòd nemo miles incinctus sine nota ingredi castra posset, *d. § sed ut nihil 1. I. de testam: ordin: Cic: 1. de Oratore. & 2. de nat. deorum* (ubi fatetur suis temporibus hoc testamenti genus jam eviluisse) *Plutarch. in Coriolano. Gel: d. c. 27. Vlp. in fragm: tit. 20. Brisson. 2. antiquit. 7. Carolus Sigon. 1. de antiquo jure civium 10.* Cùm autem Pontifices (penes quos olim legis actiones erant. *l. 2. §. deinde ex his legibus 6 circa fin: de orig. jur. Hotom: ad d. § sed ut nihil 1. ubi Vuesenb: n. 2.*) populum bellis implicatum,

tum,

rum,non modò rariùs convocarent:*Cic.2.de nat:deor:Theo-
ph.in d.§ ſed ut nihil 1.ubi Mynſ:n.5. Vueſenb: n.5. Vualther: 2.
miſcell:30:* Sed etiam inauſpicati ominis crederetur,hominē
ſanum mortis vocabolum uſurpare.*arg.§ mortis cauſſa 1.ibî,
ut ſi quid humanitùs ei contigiſſet &c.I.de donat.Turneb:2.ad-
verſar.12:* Ideo hiſce duobus generibus per deſuetudinem
antiquatis,emerſit, III. Quod dicebatur per æs & libram,† 4.
perficiebaturq; familiæ mancipatione & nexi traditione,ſi-
ve imaginariâ venditione:teſtatore ſuam familiam vendē-
te, quinque teſtibus puberibus,maſculis,civibus Romanis
præſentibus:qui heredi emebat,propter futuram reſtituti-
onis neceſsitatem,dicebatur manceps fiduciarius, (atq; ita
ſeparatus erat heres à familiæ emtore.*§ ſed neque 10.verſ. li-
cet autem.VVeſ.ad d.§ 1.n.2.Vulte n.5.contra Mynſ.n.2. I.de te-
ſtam:ordin:)* nummumq;,qui inſignatus,dicebatur æs,libræ
imponebat:qui appendebat denique, dicebatur libripens.
*d.§ ſed ut nihil 1.verſ.acceſſit,ubi Hotom: & Vulte.n.32.& ſeqq.
Et fol.102.cum ſeqq: I.de teſtam: ordin: Vlp in fram.tit.19.§ 3.
Gajus 1.Inſtit:6.§ 4 Cicero 2.de LL.Sigon:d. c.10. Vacon:1.decla-
rat:16.Forcat.Dial 14.n.1.& ſeqq. Anton: Guibertus quaſt:jur:
7.n.30.& ſeqq.Coraſ:5.miſcell.12.Contius diſput.12.Hotom:9.ob-
ſerv.12:* Hæc de tribus generibus teſtamenti inuſitati ex ju-
re civili. Supereſt Inuſitatum ex jure Prætorio,† Cùm enim 5.
ſucceſſu temporis teſtamentum quoq; per æs & libram par-
tim evileſceret:*d.§ ſed ut nihil 1. verſ. quod verò per æs & li-
bram. I. de teſtam:ordin:* (non quod propter diviſum in ori-
entale & occidentale Imperium, Græci tantùm eo teſta-
mento uterentur,non uterentur Romani,uti voluit *Vueſen:
ad § ſed ut nihil 1.n.13:* Quippe Ulp:ante Conſtantini tempo-
ra vixit ſub Imperatore Alexandro,atq; tum apud Græcos,
& apud Romanos illius teſtamenti ſolennitates vigebant.
Connan:9.comm:1.& 3 in fi.Vulte in d.§ 1 n.3.& fol.105: Sed
quòd ſublatis per Conſtantinum ſuperſtitioſis ſolennitati-
bus,remanſerit teſtium præſentia,atq; ita hujus teſtamenti

:unum requisitum. *l. quoniam 15. C. de test. im: d. § sed ... latim 3. Balduin. & Borcholt: in d. § 1. ubi Vulte. n. 3. & fol. 105. cum seq: I. de testam: ordin:)* Prætor testium præsentiam ex jure civili retinuit, numerumq: duobus auxit, unum testem in locum familiæ emtoris, alterum in locum libripendis, nec non singulorum testium obsignationem adjiciendo. *l. 12. C. de testam. l. fin. C. de Fideicommiss: § sed prædicta 2. ubi Cl. Cantiunc. & Hotom: Vulte fol. 107. I. de testam: ordin:* Tantum de testamento Inusitato.

Usitatum porrò testamentum, ex jure civili & prætorio mixtum; † vel juris communis est; vel juris singularis. Iuris communis, cujus forma communiter observanda est, Estq; iterum aut plenum, † quod directam heredis Institutionem continet § *ante heredis 32. Instit. de Legat: l. illud 13 § 1. de jure Codicill:* Aut minùs plenum, sive Codicillus, † sine directa heredis Institutione §. *Codicillis a. 2. Instit. de Codicillis l. Nam Codicillum 14. C. de Testam.* Atq; ita Testamentum generali appellatione † sub se codicillos comprehendit *gl. & Dd. in l. 2. C. Communia de Legatis Castr: in l 1. n 3 ubi Francisc. Curt in addit. lit. B Iason. in d. l. 14. n. 2. Fr . Marcus. Decisione Delphinatus p. 1. q 818. n. 2. Afflictus decis Neap. 134. n. 4. Hieron: Magon: Decis. Lucens. 32. n. 19. 20 & 23. Menoch. 4. Præsumpt. 3. n. 6 7. & 8.* Tametsi aliàs Testamentum Codicillis specificè opponatur *d. l. 14. C. de testam: d. l. 7. d. l. fin. C. de Codicill. l 3. in princ. C de bon. libert. Don. 6. Comm. 3.* Hisce cõsectarium est: si quis statuto prohibeatur Testamentum facere, † eundem prohiberi Codicillum facere *l. 2. & ibi Dd. de Leg. 1. arg. c. Cùm quid prohibetur, de R. I. in 6.* Recepti enim sunt Codicilli L. Lentuli, ab Augusto, consilio prudentum, non propter impedimentum Iuris, sed facti duntaxat. *per pr. Instit. de Codicill. Roland. P assager rubr. Quid sit Codicillus n. 6.* Meritò ergò qui Iure impeditur testari, etiam Codicillos facere jure prohiberi censendus est, *l. 6. § pen. l. 8. § Codicill. de I Codicil.* Deniq; Testamentum juris singularis † est, cujus forma

Margin numbers: 6. (rio mixtum) 7. (est, Estq;) 8. (13 § 1.) 9. (tum generali) 10. (cere) 11. (I Codicil.)

forma certis tantum casibus laxata est, uti est Testamentũ Militare, Tempore pestis, parentis inter liberos, ad pias causas, Rustici & cæci, de quibus singulis dixi in successionis universalis Disputatione tertia.

SECVNDA PARS
h. tit.

Qui testamenta facere possunt.

Ad legem 2.

1. *Testatoris idoneitas spectatur tempore testamenti.*
2. *Idoneitas superveniens nihil relevat testamentum.*
3. *Inhabilitas secuta nihil nocet testamento.*
4. *Nisi subverterentur bona, & status persona.*
5. *In testatore requiritur mentis integritas.*
6. *Mens, Intellectus, voluntas, Ratio, judicium, quid.*
7. *In testatore non requiritur corporis sanitas.*
8. *Testator sana mentis etiam in extremo mortis articulo potest facere testamentum, etiam jure Saxonico.*

HActenus de Testamentis in genere: sequitur secunda pars h.t. de ijs qui testamenta facere possunt, eaq; naturali facultate & civili potestate absolvitur. Quod ergò textum nostrum attinet, tria in eo continentur axiomata. Primũ naturalis facultatis & civilis potestatis cõmune est. Posteriora duo ad naturalem facultatem tantùm pertinent.

I. Axioma: † *Testatoris idoneitas spectatur eo* 1. *tempore, quo testamentum facit,* Nec à Labeone hîc dissentit *Vlp. in l 1. § exigit 8. infra de bon. poss. secundum tab.* Aut enim quæritur, utrum sufficiat, si quis testamenti tempore fuerit idoneus & respondetur affirmativè *per hunc text.*

text. nostrũ d.l. 1. § si quis a. 9. Aut quæritur; utrum sufficiat, si quis mortis tempore habilis fuerit, & respondetur negativè, sed requiri habilitatem tempore testamenti. *d.l. 1. § exigit 8. Duar. hîc tit. de his qui testam. fac. poss. vers hîc tractatur q. mihi fol. 327. Col. 2. Cujac. in l. qui in potestate 6. § fin. vers. Satis igitur infra h. t.* Ex prædictis igitur duo consequuntur:

2. I. Si testamenti tempore testator minùs fuerit idoneus, † testamentum non valere, etsi postea fuerit factus habilis *§. præterea 1. vers nec ad rem &c. Inst. Quib. non est permiss &c. l. si filiusfam. 19. infra h t l. 1. infrà, de Reg. Caton. Paul. de Cast: hîc n. 2. Don. 5. Comm. c. 5:* Quæ enim ab initio non valent, tractu temporis non convalescunt. *l. quod initio. 29 de R. I.*

II. Si testator testamenti tempore, fuerit idoneus, testamen-
3. tum subsistet, † etiamsi postea in eum casum incidat, quo testari prohibetur. *d. § præterea 1 vers. furiosi autem, juncto § item prodigus 2 Inst. Quib. non est permiss. d. l. qui in potestate 6. §. Surdus 1 l. is cui 18 in pr. infrà h. t. d. l. 1 §. si quis a. 9. infrà; de bon. poss. secundum tab. Paul. de Cast. hîc. n. 2. & 5. Simon. de Pretis lib. 2. de Interp ult. vol. dub. 1. fol. 4. n. 1. Donell d. c. 5.* Si quid enim semel perfectum est, nullo casu effici potest, quo minùs perfectum fuerit, cum facta nullo Iure infecta, fieri possint *l. in bello 12 § facta 2. infrà de Captiv.* Nihil facit *l. pro parte 11 in pr. supra de Servit: l. pluribus 140. §. Etsi placeat. 2 de V. O.* ubi id, quod ab initio rectè gestum est, vitiari dicitur, si in eam causam inciderit, à qua incipere non potuit: Quia textus illi loquuntur de negocijs cœptis, stipulatione nempè dandi, & præstandæ servitutis, non de negocijs perfectis, & ex omni parte cõsummatis. *Accurs. in gl. d. l. 11. in pr. vers. corrumpit de Servit. Donell. in d. l 140. § 2. n. 8. & 9. de V. O. Et d. c. 5 circa fi.*

Limitatur tamen hoc posterius consectarium, ut in ijs saltem casibus locum habeat, qui sine facto & delicto testatoris, statu & bonis ipsius salvis, eveniunt. Si verò ejusmodi
4. casus contingeret, † quo bona & status testatoris auferretur, utiq; testamentum, quantumvis omnibus numeris absolu-

solu-

solutum postea redderetur irritum. § *alio autem 4. Inst. Quib. mod. test. infirmetur. l. qui ex liberis 11 § testamento 2. inf. a. de Bon. poss. secundum tabb. Br. hic n. 7. Castr. n. 5 Bologn. in l. certū n. 61. C. unde legit. Duar. hic in d. rubr. de His qui testam. facere poss. mihi fol. 3 : 7. Col. 1. Don. d. c. 5. in fi.* Hæc de primo axiomate naturalis facultatis & civilis potestatis communi: Sequuntur posteriora duo, quæ ad naturalem facultatem tantùm pertinent. Horum prius affirmatum est: posterius negatum.

II. Axioma Affirmatum. *In testatore requiritur* † *mētis integritas* *l. 3. in pr. C. Qui test. fac. poss.* Integritatem ex actibus & verbis colligendam relinquit *Br. hic. n. 4. Bald. n. 2.* Mens † Græcis νοῦς, latinis actus quidam dicitur. *Scalig. de Subtil. exer. 359. sect. 1.* sive potius ἐντελέχεια, anima ipsa, & agendi principium *Scal. d. tract. exerc. 307. sect. 11.* Actus ille vel simpliciter apprehendit, intus rem cognoscens, & dicitur Intellectus; *Scal. d. Exerc. 307 sect 15:* vel re cognitâ, extenditur ad agendum, faciendumvè, & dicitur voluntas. *Scal. de exerc. 307. sect. 3.* Cum igitur testamentum sit voluntatis nostræ sententia *l. 1. h. t.* & mentis nostræ testatio *per princ. Inst. de testam. ord.* Utiq; mentem ceu voluntatis nostræ principium & fontem, integram, hoc est nulli impedimento illigatam esse oportet *per text. nostrum hic, & d. l. 3. in pr.* Si quis tamen hic mentem pro ratione, hoc est, pro Intellectus operatione, & vi, quâ se movet à causis ad Effecta, & vicissim; aut pro iudicio, hoc est, pro Intellectus operatione, & vi, qua se ad reperta reflectit, eaq; recenset accuratiùs. *Scal. d. Exerc. 307. sect. 5.* accipere maluerit, non magnopere repugnabo, diversa enim, non contraria statueremus.

III. Axioma Negatum. † *In Testatore non exigitur corporis sanitas* *d. l. 3. in pr. C. Qui test. fac. poss.*: quia corporis ægritudo testandi actus non intercipit: Huic consequens est, testatorem sanæ mētis, † etiam in extremo mor-

tis articulo constitutum testamentum facere posse. *l: Quoniam 15. ibi: quæ forte seminecis & balbutiens lingua profundit, &c. C. de testam: Ludov. Rom. ad rubr. h. t. n. 4.* Etsi verò contrariū dispositum legatur Iure Sax. *in Speculo lib. 1. art. 52. per quem textum testamentum quoddam pro nullo declaratum fuisse tradit Petr: Royzius decis. Lituan. 1. in fi:* Tamen textum illum de bonis avitis, Von stammgütern ex linea paterna, vel materna acquisitis *Const. Elect. 1 . & 31. p. 2. Dan. Mullerus 1. semestr. 34.* Quorum alienatio extra familiā prohibita fuit, exaudiendum putat *Zobel. ad d. art. 52. in gl. latin. lit. A. & C.* Ut ut sit *d. art. 52.* rigor in hisce terris non attenditur: Quamvis ad validitatem testamenti, extremè ægrotantis *Const. Elect. 45. p. 3.* tria requirat:

1. Ut testator articulatè & intelligibiliter loquatur, quod requisitum probatur quoque *per l. hac consultiss: 8. §. at cum humana 3. ibi, elogium ipse suum se agnoscere, & quæ lecta sunt ex animi sui sententia dispofuisse profiteatur &c. C. Qui test. fac. poss. l jubemus 29. § si enim. 2. (ubi perinde est, si scribat) C. de testam. Bl. hic n. 1. Castr. n. 3.*

2. Requiritur, ut habuerit testandi animum, idem tradit *Alciat. Cons. 77 n. 14. 17. & seq. lib. 9.*

3. Denique requiritur, ut præsumtivè non ad alterius instantiam, sed spontè, testatus sit. Idem tradit *Molin. ad Dec. cons. 489. verbo blandis Menoch. 4. præsumpt. 8. n. 29.* Ut ita minimè ambigamus, quin *d. Const. Elect. 5* etiam in foro communi maximum habeat usum, *ad cujus uberiorem intellectum adde Mull 3. semest: 32 & 42. latissimè Dauth. de Testam. n. 234. contra Menoch d. præs. 8: n. 24. & seqq.*

Ad legem 3.

1. Testamenti factio est juris publici.
2. Iuris publici quid esse vario modo dicitur.

3. Te-

3. *Testamenti factio cur sit juris publici, & quomodo.*
4. *Ravardi sententia testamenti factionem amplius juris publici esse negantis confutatur, vulgari lectione h. l. 3. defensâ.*
5. *Testandi formâ privatorum pactis lædi non potest.*
6. *Princeps vel lex sola testamenti factionem concedit & adimit, & quibus in causis.*

Unicum duntaxat in hâc lege 3. continetur axioma ad naturalem facultatem & civilem potestatem æquè pertinens: *Testamenti factio est juris publici.* Testamenti factio 1. vel activa, est, Ius nempè testamenti faciendi, vel passiva, Ius videlicet ex testamento capiendi § *in extraneis 4. vers. testamenti autem factionem I. de Hered. qual. & diff. l. filius familias 16 in pr. inf. h. t.* Iuris publici esse quid, non eodem 2. modo dicitur; aliquando ratione causæ Efficientis, ut tutelæ datio *per pr. vers. nam & tutelam I. de Excusat. tutor. Alciat. in l. pacta. n. 10. C. de pactis.* Aliquando ratione formæ seu solennitatum, & ratione finis, quo ad emolumentum publicum *Connan. 9 comm 4. n 1. circa pr.* Aliquando ratione subjecti, quod quid in publico loco expediatur, & coram personis publicis absolvatur, ut adoptio *per § adoptio 1. I. de Adopt. Ravard. 1. variorum 1. n. 9.* Sic testamenti factio non 3. tàm, quod sacra ad Ius publicum pertineant. *l. 1. § hujus studii 2 vers. publicum Ius. supra de Iust. & Iure,* quæ etiam familia, de cujus alienatione hîc agitur, habebat, *Liv. lib. 5. decad. 1. Bodin. 1. de Repub. 2. in fine.* Nec, quod in Repub. ordinum & graduum, qui Iuris publici sunt. *Bodin. 3. de Repub. 8,* prerogativa, in concessâ testamenti factione, fuerit attenta. *Carol. Sigon. 1 de Antiq. Iure civ. 12. Duar. hic rubr. de His, qui testam. vers. diximus filium. mihi fol. 317. Col. 2.* Quàm, quod testamenti factio, à publico jure venerit, publici Iuris esse dicitur *per text. nostrum, junct. a l. si quando 35. in pr. C. de In off. testam.*

Sensus igitur nostri Axiomatis est: Ius testamenti faciendi *(pertinet enim textus noster ad secundam partem hujus tit. Atqui in secunda parte quæritur: Qui testamenta facere possint)* tribui Iure publico & legibus *Accurs. in gl. hîc verb. testamenti. Cujac. hîc circa fin. Et in suo Papin. ad hanc ipsam legem 3 Donel. 6. com. 5. vers primus eorum circ. f. Vult. ad rubr. n. 1. I. Quibus non est permiss.* Vel, quod perinde est; Iure publico definitos esse, qui testari possint. *Conan. d. c. 4. n. 4. circa*
4. *princ.* Malè † ergo *Ravardus d. c. 5. n. 8. & 9.* Expeditissimum hunc intellectum, non tantum reijcit, sed etiam contendit, quoniam testamentum vivo Papiniano, in loco publico fieri desierat. *per pr. Juncto § 1. & seq. Instit. de Testam. ordin:* Utique Papiniani & nostro tempore, testamenti factionem non publici; sed privati Iuris, Trebonianumq; vel librarios notis P. sed P. I. deceptos esse, ut sensus sit, non publici, sed privati juris est. Duplici enim falso præsupposito Rævard. innititur: I. Ius publicum Lege Regiâ sublatum esse. II. Testamenti factionem ratione subjecti tantum Iuris publici dictum fuisse. *Tantum de Proposito axiomate:* Ex quo in quibusdam Exemplaribus *(Haloandri enim & vulgares Codi-*
5. *ces, nihil amplius habent)* infertur: *Testamẽti † faciendi formã privatorum pactis non lædi.* Quæ illatio ad Testamenti factionem pertinet; Quod nempè privatorum pactis non detur. *l. Paulus 47. § patroni 2. de Bonis libert. Br. hîc n. 5. Angel. de Perusio hîc n. 1.* Ratio est: Quia Ius publicum privatorum pactis mutari non potest, *l. Ius publicum 38. supra de Pactis Connan. d. c. 4. n. 4. circa pr.* Atqui testamenti factionem Iuris
6. publici esse percepimus: Solus igitur absolutus princeps, † testamenti factionem concedit & adimit. *d. l. si quando 35. C. de inoff. testam. argumento l. nihil tam. 35. de R. I. Alciat. in l. 2. n. 10. de Vulg. & pup. Bologn. in l. nemo potest 55. n. 90. de Legat. 1.* Quemadmodum autem concedit per naturam idoneis, sive naturalem facultatem habentibus *Angel. de Perus.*

Peruſ. hic n.4. Caſtr. n.6. Ita eam adimit ſumtâ occaſione ex Iure naturali, vel ex Iure publico civili, *Vulte. ad rubr. n.4. I. Quibus non eſt permiſſ.*

Ad Legem 4.

1. *De teſtamenti factione prius tradendum eſt, quàm de teſtandi regulis, & cur.*
2. *Cur Iuſtinianus teſtandi regulas in Inſtitutionibus præpoſuerit teſtamenti factioni.*
3. *Præjudiciales exceptiones rectè quidem, non tamen neceſſario, ante principalem cauſam excutiuntur.*

Eſt & hujus L.4. Unicum duntaxat Axioma, ad naturalem facultatem & civilem poteſtatem æquè pertinens: *De Teſtamenti*† *factione prius tradendum eſt, quàm de Teſtandi regulis.* 1. Ratio, quia Efficiens præcedere debet Formam, naturâ poſteriorem: Atqui teſtamenti factio activa, de quâ in ſecunda hujus tit. parte agimus, efficientem cauſam: teſtandi regulæ, formam teſtamenti conſtituunt; *Hotom. hîc in verbo, inprimis.* Probatur autem hic noſtri axiomatis ſenſus ex eo; quoniam textus noſter deſumtus eſt ex Inſtitutionibus Gaji, in quibus docendi Methodo naturali Gajus Tyrones erudivit, non Advocatos & Iudicem in Iudicio inſtruxit. *Duar. hic rubr. Qui teſta. fac. poſſ. circa pr.* Sed quid reſpondebimus ad inverſum † à Iuſtiniano in Inſtitutionibus ordinem? Anne ipſum feciſſe contra artis regulas, uti reſpondet *Cujac. hîc Vulte. ad rubr. in pr. I. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* An verò eum non regulam, ſed exceptionem duntaxat poſteriori loco in Inſtitutionibus tractaſſe, uti reſpondet *Reinald. Corſ. 3. Indag.* 2.

11.Baldui.ad rubr.Vbi Vigl.n.2.& 3.I.d.t. Atqui prius cum insolentia, posterius cum inconstantia conjunctum. Satius ergò est reponere: titulorum collocationes & continuationes probabiles esse non necessarias *Iason.ad rubr. n.4. Inst. de Action.Soaretz.lit.c.n.29.in thes.Commun. Opin.* Dico posteriorem responsionem inconstantem esse: quia hic totus tractatus negativus est, non tantum quod testamentum ab habili factum præsumatur *Ioseph, Masc.3.de Probat.Concl. 1353.n.9:* Sed etiam quod testamenti factio regulariter omnibus competat, cum in Iure permissum censeatur, quod prohibitum non reperitur *l.Grachus C:ad L.Iul.de Adult.*

Hæc etsi verissima sint, nihilominus textus noster ab Interpp. Communiter ad ordinem procedenti in Iudicio
3. adducitur, *ut sensus sit:* Exceptiones † respicientes personæ conditionem, quas vocant præjudiciales, prius expediendas esse, quàm ad principalem causam procedatur *l.liber 8. C.de Petit. hered.Br.hîc in pr.Bl.n.2.Castr.n.2. & seqq* *Ratio.* Quia aliàs partes vexantur supervacuis sumptibus. Est ergò hæc observatio prudentiæ & utilitatis, non necessitatis: si enim prius de principali quæstione tractaretur, ordo Iustitiæ saltem, non substantiales Iudicij actus inverterentur. *Br. hîc n.3.Bl.n.4.* Atq; ita inversio illa non induceret nullitatem processus, sicuti aliàs substantialium actuum præposteratio Iudicium retrò nullum facit. *l.4. C.de sentent. & interloc.omn.Iud.*

Ad L. Quâ ætate 5.)

1. Impubes non potest facere testamentum: etsi princeps ex certis causis hoc concedat: etiamsi Miles sit, vel tutoris authoritas interveniat, vel malitia ætatem suppleat.

2. Ma-

2. Masculi dicuntur puberes anno 14. Fœmina annis 12. completis.

3. Pubertatis ratio quoad Nuptias contrahendas, etiam militat quoad testamenti factionem, contra Conanum.

4. Iustinianum primùm proculeanorum sententiam, quoad pubertatem ex ætate definiendam, pro lege observari voluisse, contra Revardum.

5 Cassianorum inspectionem fuisse obscœnam, pro Iustiniano, contra Revardum.

6. Ad testamenti factionem satis est, postremum anni 12. vel 14. diem captum esse.

7. In quibus negocijs sufficiat, ultimum diem captum esse, & in quibus totus exire debeat, & de diversa dierum computatione, non injucunda quadam proponuntur.

8. Puberes omnes regulariter, sive Masculi sint, sive fœminæ, sine Curatorum authoritate testamentum facere posse.

In testatore requiri mentis seu Iudicij integritatẽ didicimus *ex l. 2. axiomate 2. sup. h. t.* cui consequẽs est: *impuberes* 1 *testamenta facere non posse. l. si filiusfa. 19. inf. h. t. l. 4. C. Qui test. fac. poss.* cùm per ætatem Iudicij integritate destituantur § *præterea in pr. I. quib. non est permiss. Quem textum rectè ita explicat Duar. d. rubr. de His qui test. fac. poss. circa fin. Don 6. comm. 5. vers. secundus ordo Cujac. hîc in pr.* Ampliatur hoc consectarium I. *etiamsi impubes miles sit l. fin. C. de Test. milit.* Ampliatur II. *etiamsi tutoris autoritas interveniat l. 5. § 1. de Tut. & rat. distr.* quia vis testamenti confertur in tempus mortis pupilli *per l. 1. supra h. t. l. 4. infra de adim. legat.* atqui eo tempore tutor officio suo functus est *per pr. Inst. Quibus mod. tut. fin.* Ampliatur III. *etiamsi malitia ætatem suppleat Castr hic n. 5. Crass. § testam. q. 20.* Limitatur tamen idem consectarium: *nisi princeps gravissimis de causis impu-*

beri

beri testamenti factionem concedat. Anton.Tesaur. decis pedemont.87 per tot. Sed cum in pubertatis definitione Icti dissiderent, Proculeanis ex ætate, Cassianis ex corporis habitu, ad sobolis procreationem idoneo, Prisco ex utroque, eam colligentibus *Vlp: in fragm: t. de Tutel. 11. §. fin.* Ideò de hujus consectarij antecedente & consequente duo in *h l.5.* proponuntur axiomata.

2. *I-* Ad Antecedens pertinens: *Masculos puberes † dici anno 14. Fœminas verò annis 12. completis, d.l.5. in pr. h.t. d.pr. Inst: Quib. mod. tut. fin. l. fi. C. quando tut. vel cura esse desin.* Quia in Masculis duplicato septenario, generationis: in fœminis duplicato senario, conceptionis vis se exerit *Macrob. in somn. Scip. lib.1. & 7. Satur. 7. Bl. hîc n. 1.*
3. *Castr. n 4. Cujac. hîc.* Quod si excipias † hanc rationem ad nuptias contrahendas (in quibus tamen etiamnum Pontificij Cassianos sequuntur *c. impuberes 3. de despons. Imp.*) restringendam, ad testamenta non extendendam, uti in ea opinione est *Connan. 9. comm 4. n.9.* Respondebo: præfatam ætatem, cum corporis, etiam perfectionem animi, cuique sexui convenientem, habere. *argument. l. 2. C. de His, qui ven. ætat. imp. gl. hîc in verb. completum, Bl. n. 1. circa fin. Duar. d. loco fol. 315. Danth: ad rubr. h: t. n. 146. fol. 191. vers. in masculis i-*
4. *gitur.* Proculeanorum † autem sententiam in Puberitatis definitione etiam ante Iustinianum receptam fuisse *ex autoritate Tertulliani & Macrobij dd. loc.* tradit *Revard. 4. var. 10. n. 2.* Sed nullo modò sequitur: Antè Iustinianum Iureconsulti quidam Pubertatem ex ætate definierunt: Ergò ea definitio pro lege obtinuit, & per consequens, Iustinianus non est primus autor, *Hotom. hîc in verbo verius est.* Ma-
5. lè † quoq; idem *Revard. d. c. 10. n. 1. 4. & 5. vehementer exagitat Iustinianum & Trebonianum,* quod habitum corporis ex impudica partium, à natura absconditarum, inspectione, olim

lim Romæ æstimatum in allegatis textibus docuerint: Quasi verò mirum videri debeat, eos, qui adulti in detestandis Lupercorum ludis semet publico aspectui nudos exhibuerunt, *Serv. ad* 8 *lib. Aeneid*: (quibus ludis M. Antonium C. Cæsaris collegam nudum concionatum refert *Cicero Philip*. 2 *mihi fol*. 176. *in edit. Argent. anno* 78.) nudum, ad dirimenda certamina pubertatis, corpus intueri, non erubuisse, *ut non immeritò dissentiat Hotom. in dial. de Barba. col*. 2. *&* 3. *tomo* 1. *inserto*. Idq; palam innuere videntur Impp. Dioclet. & Maxim. *in d. l*. 4. *ibi, licet vigoris nondum emersissent vestigia C. qui testam. fac. poss*. Hæc de priori axiomate.

II. axioma ad consequens pertinens: *Ad testamentifactionem ✝ satis est postremum anni 14 vel 12 diem advenisse, sive cœptum esse, etiamsi nondum præterierit* *d. l*. 5. *vers. utrū autem h. t*. Idq; in textu ampliatur, quantumvis quis ultimi diei momentū duntaxat attigerit *d. l*. 5. *vers. plus arbitror h. t. ubi Castr. n* 1. Hunc enim verborum, *Pridie Calendarum post 6 horam noctu*, esse sensum inde probo, quòd Romani in civilibus usi sunt die ciuili seu politico, qui à media nocte, tanquam prima militari vigilia, incipiebat, & sequentis noctis media parte finiebatur *l. mora* 8. *S. de feriis*. *Gell*. 3. *noct*. 2. *Polyd. Virg*. 2. *de Invent. rer*. 5. *&* 6 *Macrob*. 1. *Satur*. 3. *Robert*. 1. *sent*. 1. Qui dies illud temporis spacium complectitur, quo sol circa totum terrarum orbem, tàm supra, quàm infra Horizontem, volvitur, adeoq; nihil differt à die Astronomico naturali, præterquam discrepantibus initijs, *VVinsbemius qq. Sphæricarum p*. 4. *mihi fol*. 276. *Cuiac*. 15. *obs*. 32 Cum igitur, quæ nobis, die æquinoctiali, est hora 6. vespertina, Romanis hora prima noctis fuerit: 6.

 utiq;

utiq; illis hora sexta noctis exacta, eius diei finem, & quod adijciebatur momentum, sequentis diei initium attulisse oportet, *Angel. de Perus. hic n 2. Hotom. hic in verbo pridie Calendarum.* Tam autem † huius axiomatis secundi,
7. quàm eius ampliationis ratio vulgò redditur, quòd in beneficio incoando dies cœptus habeatur pro completo, secus in beneficio finiendo, vel in causa odiosa. *Angel. de Perus n 1. Bald. hic n. 1. in pr. & n. 2. in fin. Dauth ad rubr. h. t. n. 146. fol. 192. b. t. lit. H.* atq; ita in nostris terminis testamenti fauor esse dicitur in causa *arg. l. in testamentis 12. de reg. jur. Alberic. hic n. 1. Duaren. d. loco fol. 313. col. 1. Hotom. hic in verbo ipso natali suo.* Cui rationi, quando obijcitur *l. 3 § 3. de minor. l. in omnibus 5. de oblig. & act. in quibus ultimus dies cœptus pro completo non habetur.* Respondent *ad d. § 3.* ibi aliud exigere commodum minoris, & agi ibi de beneficio finiendo: *Ad d. l. 5.* reponunt: in præscriptione longi temporis nullum esse favorem, uti est in usucapione, in qua ideò ultimus dies cœptus pro completo habetur *l. in usucapionibus 6. l. in usucapionibus 9. inf. de usurp. Conan. 3. comment. 12. Duar. d. rubr. qui testam. fac. poss. fol. 315. col. 2. Dauth d. loco lit. H. & K.* Sed cum æquè favorabilis sit longi temporis præscriptio, dum & ipsa lites minuit, sicut usucapio *l. 1. Inf. de usurp.* Ideò rectius respondebimus: in civilibus, diei civilis, qui sine momentis, de die in diem, totus computatur. *d. l. 8. de Ferijs. Connan 9. comm. 4. n. 9. Plin. 18. Nat. hist. 25. Robert. 1. sent. 2. & 3. Gæddæus ad l. 2 §. n. 24. de V. S.* In naturalibus, quæ naturali ratione valent, etiam facti sunt, naturalis diei, qui stricto modo de momentis ad momentum, donec totus exeat, computatur, rationem apud Romanos initam fuisse, *Plin. d. c. 25. Robert. d. c. 2. & 3. Gœdd. ad l. 2 § 1. n. 24. de verb. signif.* Atqui jure civili & legibus introducta est testamenti factio *l. 3. sup. h. t.*

h. t. & usucapio *per pr. Inst. de usucap. l. 1. Inf. de usurp.* Contrà, prætor naturali ratione exceptionem præscriptionis, & remedium restitutionis introduxit: Non igitur mirum videri debet, in testamenti factione, & usucapione diem cœptum pro completo haberi *d. l. 5. h. t. d. l. 6. Inf. de usucap.* Non haberi pro completo in restitutione in integrum minoris *d. l. 3. § minore de minor.* & in descriptione *d. l. 5. Inf. de oblig. & act.* Quicquid enim in duabus dimidiatis noctibus & luce interiecta civilis diei actum est, perinde est, ac si quavis hora lucis actum esset *d. l. mora 8. de fer:* Contrà, in die naturali, singula lucis momenta exactè observantur *l. 2. § 1. ubi Gædd. n. 24. & 27. de V. S.* Hæc si quis cum textu contulerit, facilè deprehendet, quantum à veritate diverterit *Accurs. in gl. hîc verbo naturali, verbo plus & verb. notis, quem tamen Bart. Albericus, & alij plures hîc sequuntur.* Ex quibus omnibus consequitur, puberes omnes † cæteris paribus, testamentum facere posse, forte ut legitimi hæredes alioqui de successione certi eò minus insidiarum machinari valeant, 8. *Connan. 9. comm. 4. n. 10.* sive masculi sint *l. si frater 4. C. qui testam fac. poss.* sive fœminæ *per hunc text.* Etsi enim olim fœminæ in perpetua fuerint tutela, atq; ita sine tutoris autoritate testari non potuerint, *Liv. 4. decad. 1. Duar. hîc tit. de his, qui testam. fac. poss. fol. 315. col. 1. circà med. Cuiac. in suo Papin. ad l. 3. supr. h. t.* exceptis ijs, quæ in manum viri convenerant *Cic. in top. Connan. d. c. 4. n. 9.* (ut nec hodie LL. Longobardorum sine consensu Mundevaldi testari potest, *Matth. de Afflict: decis. Neapol 260. per tot Franc. Vivius decis. regni Siciliæ 245. n. 1*) tamen hodie jure civili nihil horum receptum legimus *per textum nostrum hîc Connan. & Duar. dict. locis*: uti nec in hisce terris (ubi tamen aliàs tàm in judicio, quàm extrà judicium mulier sola nullum negocium rectè gerit) mariti vel curatoris consensum

mulier adhibere cogitur per ea, quæ tradit *Fachs. diff. jur. Saxon. 7. & ibi Francisc. Rom. n. 32. latè Zobel. diff. 22. n. 15. & seqq. p. 2.* Quod posterius de Curatoris consensu adhibendo, jure ciuili in masculis omni dubio caret, *l. cum pater 77. §. curatoris 14. l. de legat. 2. l. Aurelio 20. §. Caius 1. de lib. legat.* Paul. *de Castro hic n. 3.* Nulla enim in ambulatoria voluntate minoris læsio, maximè post mortem illius, *Ludov. Roman. ad rubr. n. 8. h. t. Connan. & Duar. dict. locis.*

Ad L. 6. in princ.)

1. *Filius familias non potest facere testamentum, etiamsi pater consentiat.*
2. *Filius fam. patre permittente mortis causâ donare potest.*
3. *Filius fam. patre permittente mortis causa donare debuit, sed testamentum fecit, adiectâ codicillari clausulâ, an testamentum, ut mortis causa donatio valere possit.*
4. *Filius fam. ne de ijs quidem bonis adventitijs testari potest, in quibus patri usus fructus ademtus est.*
5. *Filius fam. an ad solum testandi actum emancipari, quo ad cætera in patria potestate retineri possit.*
6. *Filius fam. testari potest de bonis castrensibus & quasi castrensibus.*
7. *Filius fam. patre permittente testari potest ad pias causas.*

8. *Filius*

8. *Filius fam. stante statuto testari potest, patre legem ei salvo subsidio.*

DEcemvirali lege cautum erat: Paterfamiliâs uti legâssit super pecuniæ tutelæve rei suæ ita jus esto. *l. sæpe* 53. *ubi Gædd. n.*6.*& 7. l. verbis legis* 120. *ubi Gædd. n.*1. *de verb. sign. Cic.* 2. *ad Herenn. Carol. Sigon* 1. *de antiquo jure civ.* 12. *Cuiac. in suo Papin. ad l.* 3. *S. h. t. Hotom. hic in verbo non habet.* Cùm autem filiusfamiliâs non sit paterfamiliâs: Ideò *ex hac l. 6. in pr.* elicitur tale axioma: *Filiusfamilias* ✝ *non potest facere testamentum* *l. filiusfamilias* 16. *in pr. l. filius familias* 19. *l. h. tit.* Ampliatur hoc axioma. I. ut ne patre permittente quidem filiusfamilias testari posit, *d. l. 6 in pr. h. t. per pr. ibi quamvis parentes Inst. quibus non est permiss. Bart. hic n* 1. *Bald. n.* 1. *Vasq.* 1. *de success. progress. §* 1. *n.* 4. *Clar. § testamentum q.* 18. *n.* 1. *&* 2. *Grass. § testamentum q.* 23. *n.* 1. Non tàm quod bona non habeat, de quibus testari posit, *ulpian. in fragm. tit. de testam.* 20 *§.* 9. *Donell. 6. Comment.* 5. *vers. primus eorum*: quàm quia testamenti factio datur jure publico & legibus *per ea, quæ tradita sunt in axiomate unico l.* 3. *S. h. t. Bald. ad l.* 3. *n.* 2. *C. qui testam. fac. poss. Connan. d. c.* 4. *n.* 4. (*postquam n.* 1. 2. *&* 3. *multas alias rationes cumulasset & refutasset, idemq; Dauth de testam. n.* 147. *& seq. fol.* 193. *& seq.*) *Duar. hic tit. de his qui testam. fac. poss. fol.* 317. *col.* 1. *circa med. Hotom hic in verbo quamvis pater.* Ergò non privatorum pactis & arbitrio permitti potest, *per ea, quæ tradita sunt in consectario unico d. l.* 3. *S. h. t.* Disparatorum enim affirmato uno, reliqua omnia negantur. Non adversatur ergò huic ampliationi quod filiusfamilias ✝ patre permittente mortis causa donare posit, 2.

l. tam is 25 de mortis caus. donat. quia donatio hæc non est juris publici, sicut testamenti factio, h. e., jure publico non est definitum, qui donare mortis causa possint, vel non, uti in testamenti factione, *d. l. 3. supr. h. t. Hotom. in verbo quamvis pater hic, Connan. d. c. 4. n. 4. Duar. d. fol. 317. Colü. 1. circà fin. Donell. d. c. 5. vers. primus eorum circà fin.* At pro-
3 ponamus; patrem filiofamilias + ut mortis causa donaret, consensisse: filium verò testamentum fecisse, adiectâ tamen clausulâ codicillari (si non valet ut testamentum, valeat ut codicillus, aut in vim alterius ultimæ voluntatis) Itanè testamentum in vim mortis caussâ donationis sustinebitur? Affirmat *Alexander in l. 3. n. 8. C. qui testam. fac. poss. Ioh. Vaud. 1. q. 1. mihi fol. 4. Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 150 n. 12. Fachin. p. 2. contr. lib. 5. c. 64.* adeoq; communem dicit *Guilielm. Bened. in c. Raynutius verbo matrem insuper nomine clerum n. 47. & seqq. ext. de testam. Vasq. 1. de success. progress. § 1. n. 6. Clar. § donatio n. 9. Grass. § donatio mortis causa q. 5. n. 3.* Fundamentum huius sententiæ est, quod prædicta clausula in nulla alia specie ultimarum voluntatum verificari possit, cùm præter testamentum, codicillum, & donationem causa mortis, nulla supersit. Atqui hoc posterius in aperta juris principia incurrit, cum supersit epistola fidei commissaria *l. filij 16. C. famil. hercisc. & passim.* Deinde nulla vis alia est codicillaris clausulæ, quam ut testamentum flectat ad causam fideicommissi, ad obligandum intestati successorem, ut hæredibus, testamento institutis, hæreditatem ab intestato restituat *l. ex ea scriptura 29. § 1. & ibi Dd. ubi Dauth. n. 3. infr. h. t.* Atqui fideicommissum relinquere non potest is, qui testamentum facere prohibetur *l. 2. infr. de legat. 1.* Testamentum autem filiumfamilias facere non posse apparet *ex hac l. nostra 6. h. t.* Deniq; pugnantia sunt testamentum subsistere, & in vim mortis causa dona-

donationis flectl, *Anton. Fabri 20. de error. pragm. 5.* adeóq; etsi prædictæ clausulæ inserta sint verba: vel mortis causa donationis, nihilominus testamentum nullius momenti esse existimat *Bald. in hac l. 6. in pr. n. 2. in fin.* Receptior tamen est sententia, quod ut eiusmodi dispositio filijfamiliâs in vim mortis causa donationis valeat, requiratur, ut in ea mortis causa donatio specialiter exprimatur, & illi, quibus donatur, præsentes sint *Angel. de Perus. hic n. 2. Castr. n. 8. & 9. Cynus in d. l. 3. n. 7. Bald. n. 5. Dec. n. 45. & seqq. C. qui testam. fac. poss.*

II. Ampliatur prædictum axioma, ut filiusfamiliâs ne de bonis ✝ quidem adventitijs, in quibus patri usus fructus ademtus est, testari possit, *l. nemo pen. C. qui testam. fac. poss.* Quo textu declaratur *l. fin. § ipsum autem 5. vers. filijs autem C. qui testam. fac. poss. Connan. 9. Comm. 4. n. 4. Duar. d. loco col. 2. Donell. d. c. 5. vers. primus eorum circa fin. Dauth de testam. n. 155. & seq.* atq; hanc sententiam tenet *Bart. hic n. 2. adde si lubet allegata disp. nostra 1. in thes. 8. lit. B. Guiliel. Onciat. q7. Acad. 70.* Nihilominus huic verissimæ sententiæ communiter receptæ contradicit *Ioh. Faud. d. q. 1. per d. l. fin. § ipsum autem 5. vers. filijs autem.* Sed præterquam quod textum illum per *d. l. nemo* à Iustiniano postea declaratum ostendimus, amplius *ad d. l. fin.* Respondere tentat *Connan. d. c. 4. n. 5.* opponi ibi bona adventitia castrensibus & quasi: atq; ita adventitia describi, quorum ususfructus ad patrem pertineat, natura *scilicet illorum bonorum.* Cum autem in omnibus adventitijs ea sit natura, ut patri eorum ususfructus competat, ideò nihil ex eo textu firmiter inferri posse, præterquàm, filiumfamiliâs, in reliquis bonis, castrensibus scilicet & quasi castrensibus, testamentum facere posse. *Sequitur Vulteius ad rubr. n. 11. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* 4.

Objicitur

Obijcitur quoq; *Novella* 117. §1. *c.* 1. Sed quia ibi habetur verbum διοικεῖν, quod significat administrare, non verbum διατίθεσθαι, quod est disponere, ideò apparet, textum illum loqui tantum de administratione bonorum, non de testamenti factione. *Duar. hic d. col.* 2. *circa med. Vigl. ad rubr. n.* 16. *Vultei n.* 11. *Inst. dict. tit.* Minus facit *l. pen. C. de bon. quæ liber*: quia loquitur de donatis â principe, quæ quasi castrensibus accensentur. Nihil omninò facit *l. imperator* 50. *l. ad SCtm Trebell.* quia hoc tantum Imperator Hadrianus filiofamilias concesſit, ut bona per fidei commisſum ab extraneo sibi relicta, & à patre dissipatura, quoad viveret, filius propria haberet: non autem ut de ijs, in patris potestate constitutus, faceret testamentum; uti rectè illum textum explicat *post Bart. in d. l.* 50. *n.* 3 *& Cuiac. hic Dauth de testam. n.* 157. *circa fin.* Deniq; frustrà obijcitur *l. in quibus* 7. *circà fin. C. de secund. nupt. Novell.* 22. *c.* 26. *circà med. ibi*: *sive disponant, sive intestati moriantur, &c.* Quia textus loquuntur respectu Matris, ut sensus sit: liberos sui juris, matre, quæ ad secunda vota transijt, superstite, fratres, vel etiam extraneum, hæredem instituere, vel ab intestato decedere posse, ut rectè explicat *Cuiac. in d. Nov.* 22. *c.* 26. An autem filiusfamilias ad solum testandi actum emancipari,

5. ri, ✝ quoad cætera in patris potestate retineri posſit? Affirmat hæsitanter *Bart. in l.* 1. *§ in filij* (*quem explicat Govean.* 2. *lect.* 33.) l. *ad SCtm Trebell.* nullā rationem hoc prohibere videri, ait *Duar. hic rubr. de his qui test. fac. poss. fol.* 317. *col* 2. *circà fin.* cùm filiusfamilias diverso respectu pro patrefamilias habeatur *l.* 9. *S. de his qui sunt sui jur.* & de castrensibus vel quasi testari posſit, *ut paulò post dicemus.* Nihilominus contrariam sententiam veriorem putamus: quod jura personæ regulariter individua sint, ut nemo pro parte servus, pro parte liber esse posſit *l. si pariter* 9. *in fin. l. duobus*

30. *l. de*

30. *infr. lib. de caus. l. unica in fin. pr. C. de Latin. libert. toll. d.* Plures rationes cumulat *Vasq. 1. de success. progress.* § *1. n. 25. & seqq.* Atq; hanc sententiam negativam tenet *Paul. de Castr. hic n. 4. Bald. in l. 3. n. 7. Castr. n. 9. Dec. n. 12. C. qui testam. fac. poss. Ascan. Clement. de patr. potest. c. fin. n. 26. & 68.* Veriorem & communem dicit *Guilielm. Benedict. ad c. Raynut. verbo, matrem insuper nomine cleram n. 27 ext. de testam.* Nihil facit adducta dubitandi ratio: Fallaciam enim causarum committit, dum quod principi licet, & jure publico cautum est, perperam ad privatorum arbitria extenditur. Atqui filiumfamilias in publicis pro patrefamiliàs habendum, jure publico cautum est, *d. l. 9. supr. de his qui sunt sui juris, l. 6* § *fin. de iniusto rupto*, & testandi privilegium in castrensibus ab Augusto primum militibus indultum est, *ulpian. in fragm. tit. de testam. 30.* § *9. Cuiac. ad l. 3. h. t. in suo Papin.* Atq; ita unicâ responsione solvuntur omnia argumenta, quæ in contrarium adducit *Dauth de testam. n. 150.* Hactenus de ampliationibus nostri axiomatis.

Quod porrò limitatur, primò ut filiusfamilias testari posit ✝ de bonis castrensibus & quasi castrensibus, *per pr. vers. præter hos in fin. Inst. quib. non est permiss. l. pen. & ult. C. qui testam. fac. poss.* quia in hisce filiusfamiliàs habetur pro patrefamiliàs, *d. l. 6.* § *fin. infr. de iniusto rupto. Br. in d. l. 1.* § *in filij n. 3. infr. ad SCtm Trebell. Iason. in d. l. ult. n. 5. in addit. vers. tertiò notatur.* 6.

II. Limitatur, ut filiusfamilias consentiente patre testari posit ✝ ad pias causas, *c. licet* § *fin. de secutur. in 6. Alex. ind. l. 3. n. 5. & seqq. C. qui test. fac. poss. Guilielm. Benedict. d. loco n. 29. & seqq. Duar. d. loco fol. 317. col. 2. circa med.* 7.

Vigl. ad pr. n. 17. Inst. quib. non est permiss. Ascan. d. tract: effect. 9. n. 5. limit. 3. Clar. § testamentum q. 5. n. 7. Grass. § testamentum q. 17. n. 12. Tiraq. privileg. pia causa 17. Etsi enim inter bona adventitia, in quibus pater usum fructum habet, vel non, distinguant, & modò patris consensum requirant, modo reijciant, *Bart. hic n. 3. sibi quodammodo contrarius in l. 1. C. de sacros. ecclesijs*: Alij verò testamenti factionem filiofamiliàs, etiam quoad pias causas, prorsus adimant, *Ias. in d. l. 3. n. 5. Dec. in 28. addit. Vasq. 3. de success. creat. § 22. n. 8. Tholosan. lib. 42. c. 8. n. 4.* Quod juri civili per jus Canonicum nusquam derogatum legatur: sed *d. c. licet § fin.* rectius de donatione mortis causa loqui videatur: tamen cum patris consensus (praeterquam in bonis castrensibus vel quasi castrensibus:) sine distinctione ususfructus patri competentis, vel non competentis *in d. c. licet § fin.* requiratur *Paul. de Castr. hic n. 6.* & judicandi verbum, testari, seu testamentum facere *c. 1 in pr. de prohib. feud. alien. per Frider. c. 1. § donare, qualiter feudum olim*, supremum quoq; judicium in jure nostro crebrò testamenti m significet, *l. 2. & 4. C. qui testam. fac. poss. & passim*: rectè communiter à Bartoli distinctionibus & negantium opinione discessum est. Requirit autem jus Pontificium consensum patris, non propter patriam potestatem, quam non curat jus Pontificium in pijs causis, *c. fin. de judic. in 6. Alex. d. l. 3. n. 6. Tiraq. privileg. pia causa* 164: nec propter conditionem personae, aliàs nunquam testari posset filiusfamilias, *Dauth de testam. n.* 167: sed propter interesse paternum (dum patri successio ab intestato testamenti factione intercipitur) quod tamen jus civile non attendit, sed conditionem personae tantum *Alex. in d. l. 3. n. 7. Dec. n. 31.*

III. Deniq; limitatur nostrum axioma, ut stante statuto ✝ salvo patri egenti subsidio, filiofamilias testari liceat: *arg.*

arg. d. l. imperator 50. in fin. ad SCtm Trebell. Socin. reg. 396 fallent. 1. n. 25. Vincent. de Franch. decis. Neapol. 70. n. 5. & decis. 91. n. 5. 12. & seqq. Gaill. 20. obs. 124. n. 2.

Ad § unicum d. l. 6. iuncta L. si mutus 7.)

1. *Surdus & mutus iure ff torum testari non potuit, sive utroq; sive alterutro vicio laboravit, ubi defensa vulgaris lectio l. nutu 21. in pr. de leg. 3. contra Cuiac.*
2. *Mutus & surdus ante vicium oblatum testari potuit.*
3. *Mutus & surdus, post oblatum vicium, paganus testari olim non potuit, nisi impetrata venia à Principe.*
4. *Mutus & surdus ex accidenti miles ipso jure olim testari potuit.*
5. *Mutus surdus natus hodie nullo modo testari potest.*
6. *Nisi ad pias causas, si de eius voluntate certò constare possit.*
7. *Ad cæteras causas non aliter, quàm venia à principe impetrata.*
8. *Mutus surdus factus hodie testari potest ipso jure si sciat literas.*
9. *Surdus tantum natus aut factus hodie ipso jure simpliciter testari potest.*

F 2 10. *Mutus*

10. *Mutus tantum natus aut factus, non aliter, ac si sciat literas.*

11. *Quo ad hanc materiam hodie non omnem sublatam esse differentiam inter paganum & militem.*

Actus ad testamenti ordinationem necessarij, præsupponunt loquelam, dum testator testes accire sive rogare tenetur, & auditum, ut quid testimonium perhibentes respondeant, testator exaudire possit, *Paul.* 3. *sentent.* 4. *vers. cæcus ubi Cuiac. & hic in d.* § 1. *ubi Hotom. in verbo non possunt & in* § *item surdus* 3. *ubi Vult. n.* 6. *Inst. quib. non est permiss. &c. Brisson. lib.* 6. *de formulis fol.* 654. Atqui mutus non fari, surdus quæ dicta sunt non exaudire, neuter id quod sentit commodè testari potest. *Connan.* 9. *Comm.* 4. *n.* 8. *Vigl. ad d.* § *item surdus* 3. *n.* 1. *Donell.* 6. *Comm.* 5. *vers. tertius ordo.* Itaq; *in d.* §. *surdus* 1. *hic* tale traditur axioma:

1. *Surdus & mutus testamentum facere nequit.* Nec ulla uspiam apud ICtos extat differentia inter literarum rudem & peritum: vitium naturale & accidentale, dum nihil ab ipsis exceptum legitur, *Duar. hic rubr. qui testam. fac. poss. fol.* 319. *col.* 1. *Vigl. in d.* §. *item surdus* 3. *n.* 1.

Ampliatur hoc axioma: sive quis utroq; vicio laboret *d.* § *surdus*, sive alterutro tantum *d. l. si mutus* 7. *l. filius familias* 16. *in pr. infr. h. t. l. pen.* § 1. *infr. unde cognati Duar. d. rubr. fol.* 319. *col.* 1. Nihil facit, *l. nutu* 21. *in pr. de legat.* 3. cuius occasione ita argumentantur:

Qui potest fidei committere, potest etiam testari, & vicissim, *l.* 2. *infr. de legat.* 1.

Atqui

Atqui mutus ex accidenti potest fidei committere *d. l. 21. in pr. de legat. 3.*
Ergò mutus ex accidenti jure ffτorum testari potuisse dicendus est.

Quod tamen apertè pugnat, non tantum cum nostra ampliatione, sed etiam cum *d. §. item surdus 3.* ubi Imperator dicit, se sua constitutione effecisse, ut mutus testaretur. Respondet *Cuiac. in d. §* 1. hîc, verba illa: nisi superveniens morbus ei impedimento sit, â Triboniano *ex l. discretis* 10. *C. de his qui testam. fac. poss. in d. l.* 21. translata esse. Verũ cum *in d. l. discretis* 10. habeatur restrictio: modo sciat literas, quæ non habetur *in d. l.* 21. *in pr.* Ideò verius est *d. l.* 21. *in pr.* non loqui de muto, sed de ægrotante, qui cum loqui posset, fideicommittere cæpit, & augescente infirmitate reliqua nutu perfecit, *Bart. in d. l. 21. in pr. n. 1. ubi addit. & Ludov. Charend. in apostill. Paul. de Castr. hic n. 1. Dauth de testam. n. 195. & 198.* Hæc de ampliatione axiomatis.

Limitatur porrò prædictum axioma I. nisi antequam ✝ eiusmodi vicium contigisset, testamentum quis fecerit *d. § surdus 1. hic d. § item surdus 3. vers. sed si quis post testamentum &c.* idoneitas tamen testatoris, saltem testamenti tempore requiritur, *per ea, quæ tradita sunt in l. 2. axiom. 1 supr. h. t.* 2.

II. Limitatur nisi â principe, ✝ testandi licentiam quis impetrasset, *d. l. si mutus 7. h. t. juncta l. si quando C. de inoff. test. Vigl. in d. § item surdus 3. n. 1. Cuiac. in d. § 1. hic.* Quemadmodum enim princeps ex causa testamenti factionẽ adimere: ita eandem ex causa concedere potest, *per ea, quæ tradita sunt in l. 3. in confect. supr. h. t.* Concedere autem princeps in hoc puncto solitus est, si mutus scribere, vel sur- 3.

dus loqui posset *Duar. hic in d. rubr. fol. 319. col. 1. Hotom. hic in d. l. 7. Vigl. in d. § 3. n. 3.*

4. III. Limitatur, nisi miles † ex accidente mutus surdus factus esset, is enim sine speciali concessione principis privilegio militari testari poterit, si animi sensa explicare posset *l. 4. infr. de testam. milit. § quin imò 2. ubi Vigl. n. 3. Mynsi. n. 2. & Hoton. Inst. eod. Duar. hic in d. rubr. fol. 319. col. 1.* Dico ex accidenti, quia aliàs nec sacramentum præstare, nec tesseram militarem enunciare, atq; ita nec miles esse potuit, *Vigl. in d. § 3. n. 3. et d. § quin imò n. 1. ubi Steph. Bode. Vult. n. 2.* contra Dd. communiter, qui militem mutum, surdum testari potuisse, atq; etiamnum posse putant *per d. l. 4 d. § 2. Ias. in d. l. discretus 10. n. 1. Vasq. 1. de success. progress. § 1. n. 169.* Hæc juris veteris obseruatio fuit. Cæterum novo jure Iustinianeo quatuor casus distinguendi sunt: Pri-
5. mus est, mutum surdum natum † omninò testari prohiberi *d. l. discretus 10. in pr. C. qui testam. fac. poss. Ludov. Roman. hic in d. l. 7. n. 1. Cuiac. in d. § 1. hic Hotom. hic in d. l. 7.*
6. Qui casus limitatur: nisi de testationis voluntate † certò constare possit, tunc enim ad pias causas testari poterit, *arg. l. Divus 25. infr. de milit. testam.* atq; ita tenet *Alex. in d. l. discretis 10. n. 4. Scburff. 1. Cent. cons. 31. n. 9. Tiraq. privileg. pia causa 9.* Dissentit *Duarenus hic in d. rubr. fol. 318. col. 2. circa fin.* quam veriorem dicit *Vasq. d. § 1. n. 176.* & tenet *Dauth. de testa. n. 195. per l. 1. § sui autem C. de commun. serv. manumiss.* Quorum sententia vera esse potest, quando de testatoris voluntate certò constare nequit. In cæteris cau-
7. sis mutus surdus natus † etiamsi de eius voluntate apertè constare posset, non nisi dispensante principe testari poterit *Duar. hic in d. rubr. fol. 319. col. 1. Vasq. d. § 1. n 171.* ut maximè principi omnem dispensationem hoc in casu adimant

Paul.

Paul. de Cast. hic in d. § 1. *n.* 2. *in fin. Vigl. in d.* § *item surdus* 3. *n.* 3. *Dauth de testament. n.* 197. Tantum de primo casu.

Secundus casus est, mutum surdum factum ✝ non aliter testari posse ac si literas sciat, *d. l. discretis* 10. § *ubi autem* 1. *Cuiac. d.* §. 1. *hic Hotoman. hic in d. l.* 7. 8.

Tertius casus est, surdum natum aut factum ✝ nullo modo testari prohiberi, sive per nuncupationem, sive per scripturam, *d. l. discretis* 10. § 2. § *si enim* 3 *&* § *in eo* 4. *Vigl. in d.* § *item surdus* 3. *n.* 3. *Cuiac. in d.* § 1. *hic contra Hotom. hic in d. l.* 7. *ubi saltem nuncupationem, & contra Vultesium in d.* § *quin imò* 2. *n.* 1. *in fin. ubi saltem ex accidentali causa testamenti factionem concessam putat.* 9.

Quartus deniq; casus est: Mutus natus vel factus ✝ non aliter testari poterit, ac si literas sciat, *d. l.* 10. § *sin verò aures* 5. *Vigl. ad* § *item surdus* 3. *n.* 2. *Cuiac. in d.* § 1. *hic Hotom. hic in d. l.* 7. Ratio diversitatis inter mutum & surdum, quoad tertium & quartum casum est, quod testator articulatè loqui aut scribere debeat, *l. jubemus* 29. § *si enim* 2. *C. de testam*, alterutrum horum semper præstare potest, surdus natus aut factus, non potest præstare mutus natus aut factus, *Connan. d. c.* 4. *n.* 8. An igitur hodiè paganorum ✝ & militum jura in hoc puncto æquata sint, Coronidis loco quæritur? Affirmat *Vigl. in d.* § 3. *n.* 3. *Dauth de testam. n.* 192. *fol.* 135. *vers. quæro secundò & n.* 194. *fol.* 237. quod utrisq; testamenti factio hodie ipso jure competat, atq; ita nulla supersit differentia, dum & in pagani causa olim tantum propter vicium accidentale dispensatum sit. *Vigl. in d.* § *quin imò n.* 4. *& d.* § *item surdus* 3. *n.* 3. ne plus pagano, quàm militi licuisse censeamus in allegatis locis? Cæterum 10. 11.

cum

cum jure antiquo nullum reperiamus discrimen inter pagani vicium naturale, & accidentale, *Duar. hic in d. rubr. fol.* 319. *col.* 1. utiq; nec nos illud fingere, & ob accidentalem causam tantum dispensatum fuisse comminisci debemus, nec idcircò plus licuisse pagano quàm militi inferemus, cum nemo miles naturali vicio laborare potuerit. *Vigl. in d. § item surdus* 3. *n.* 1. Remoto ergò subiecto removentur accidentalia privilegia: atq; ita stante hac differentia paganorum & militum, jura in hoc puncto hodiè æquata esse negamus. Idq; probat *d. § quin imò* 2. (ubi Iustinianus, præter suum morē, nullam facit novæ constitutionis iam editæ, & *in d.* § 3. in paganorum causa allegatæ, mentionem) separatus â jure paganorum, de quo *in d. § item surdus* 3. *& d. l. discretis* 10.

Ad L. eius qui 8. in princ.

1. *Captivi testamentum apud hostes factum non valet, quamvis redierit.*
2. *Captivi hodie testari possunt, nisi apud Turcas, & vicissim, vel extremè barbaros detineantur.*

A Testatore exigitur I. ut sit liber homo, *l. filiusfamilias* 16 *in pr. l. si filiusfamilias* 19. *infr. h. t.* civis Romanus, *l.* 1. *ad L. Falcid. Donell.* 6. *Comm.* 5. *vers. conditione personæ*, ut habeat bona, *l. verbis legis* 120. *infr. de V. S. l. testandi* 13. *C. de testament. Donell. d. c.* 5. *vers. facultas testatoris.* Atqui captivus ab hostibus non est civis Romanus, sed servus & quidem jure gentium *§ servi* 4. *Inst. de jur. person. l. adèo* 7. *in pr. infr. de acquir. rer. dom. § item ea quæ* 17. *Inst. eod.* Ex his igitur in textu nostro sic primùm proponitur axioma negatum:

gatum: *Captivus apud hostes* ✝ *non potest facere testamentum*, *§ fin. infr. quib. non est permiss. Vaig. 1. de success. resol. § 3. n. 20. vers. casus undecimus.* Idq; in textu ampliatur, ut testamentum apud hostes à captivo factũ non convalescat, etsi testator ex captivitate domum redeat, quia testator testamenti tempore idoneus esse debet, *per ea, quæ tradita sunt in l. 2. axiom. 1. h. t. Hotom. hic in verbo quamvis redierit.* Limitatur tamen hoc axioma, ut saltem hodie procedat quoad Turcas ✝ contrà Christianos, & vicissim, quia inter concives nullum est bellum *l. hostes 24. in fin. infr. de captiv. l. hostes 118. de verb. signif.* & consequẽter nulla captivitatum & postliminij jura *l. si quis § fin. infr. de captiv.* Atqui omnes liberi homines in orbe Romano subditi non tantum cives Romani sunt *l. in orbe 17. supr. de stat. hom. Alciat. in d. l. 118. n. 3.* sed etiam totus Christianæ Ecclesiæ orbis communis quædam Respublica est. *Duar. hic rubr. de his qui testam. fac. poss. fol. 318. col. 1. circà med.* Ergò inter eos nullum justum bellum, atq; ita nulla captivitatis & postliminij jura, sed saltem λῃστεία. *Alciat. in d. l. 118. n. 3. Duar. d. rub. fol. 318. col. 1. circà med. Vigl. ad d. §. fin. n. 2. Inst. quib. non est permiss.* & per consequens nostri captivi testamentum facere possunt *Nov. Leon. 40. Petr. Gregor. Tholosan. p. 3. syntagm. lib. 42. c. 8 n. 7.* 1.

2.

Ad § si cui aqua 1.)

1. *Is cui igni & aqua interdictum est, non potest testamentum facere, nec ante factum valet; Et quæ sit ratio.*

G Acquè

Aequè cui aqua & igni interdictum est, desinit esse civis Romanus § *minor* 2. *Inst. de cap. diminut.* & habere bona, utpote quæ vel publicantur lucrosa (itáne ea tantum, quæ tempore sententiæ habuit, uti vult *textus hic Paul. in l. si mandavero* 22. § *is cuius infr. mandati* : Atq; idem de postea quæsitis rescripsit Pauli σύγχρονος Alexander *in l.* 2. *C. de bonis proscript.* Respondet *Cuiacius hic d. l.* accipiendam eo casu, quo bona cum capitis deminutione publicata sunt: reliquos textus non item. Quod cum pugnet *cum textu nostro hic*, rectius *d. l.* 2. de bonis in civitate oblatis, non in insula accquisitis, accipit *Hotom. hic in verbo, qua nunc habuit*) & fisco inferuntur, vel damnosa creditoribus addicuntur *d.* § *si cui aqua* 1. *ubi Hotom. in verb. non lucrosa.* Deducto enim ære alieno fisci demum habetur ratio *l.* 1. § *an bona* 1. *l. non possunt* 11. *infr. de jur. fisci.* Itaq in textu nostro secundum traditur axioma negatum: *Is cui aqua & igni interdictum* † *testamentum facere non potest.* Interdicere alicui igni & aqua, nihil aliud est, quàm adimere societatis civilis, omniumq; rerum commercium, prohibere, ne quem mensâ tectoq; recipiamus, quod igni & aquâ hominum vita maximè contineatur, *Lactant.* 2. *Inst.* 9. *Vacon.* 1. *declar.* 18. *Hotom. de veteri ritu nupt. c.* 17. *Tholosan. d. p.* 3. *lib.* 31. *c.* 3. *n.* 18. Ampliatur porrò in textu nostrum axioma, ut ne testamentum quidem ante ... ctum valeat, idest, effectum sortiatur. Etsi enim aliàs testamenti tantum tempore testator idoneus esse debeat, tamen aliud est, si status & bona testatoris salva non permaneant § *alio autem modo* 4. *Inst. quib. mod. testam. infirm. l. si quis* 6. § *irritum infr. de iniust. rupto &c. & dixi in d. l.* 2. *axiom.* 1. *supr. h. t.* Ratio ? quia in interdictione lex contraria interveniebat, quâ de capite

capite civis judicabatur, & legi priori derogabatur *Hotom. hic in verbo quod antea fecit.*

Ad § in insulam deportati 2.)

1. *In insulam deportatus non potest facere testamentum.*
2. *Deportatio quatenus ignis & aquæ interdictioni successerit.*
3. *Deportatus quatenus retinere dicatur, quæ juris gentium sunt, defensa vulgaris lectio l. 5. de varijs & extraordinar. cognit: contrà Ravardum.*
4. *Deportationi hodie sublatæ, non Imperij bannum, sed pœna arbitraria successit.*

DEportati in insulam, cum non tantum civitatem *d. § minor 2. Inst. de cap. deminut.* sed & bona per publicationem amittant, *l. deportatorum 8. C. de pœnis*; itaq; in textu nostro certium continetur axioma negatum: *In insulam deportatus* ✝ *non potest facere testamentum & quod fecit antea, irritatur* *l. 1. § si quibus 2. infr. de legat. 3.* Cum autem aqua & igni interdictis ✝ circumvagandi olim esset libera facultas, tandem ex Augusti sanctione insulâ concludi cœperunt *d. l. 1. § deportatos 3. infr. de legat. 3. Dion. lib. 56. Cuiac. hic, & 6. obs. 34.* Atq; eatenus deportatio (sic dicta, quod milites Romani contra Hannibalem in Cannensi pugna re malè gesta in Siciliam primum deportati essent, *Turneb 20. advers. 16.*) successit aquæ & ignis interdictioni *l. 3. infr. ad l. iul. pecul. l. 5. infr.* 2.

5. *infr. de varijs & extraord. cognit. Brisson. lib. 5. formularum fol. 6. 39. Tholosan. d. lib. 31. c. 6. n. 7.* Itanè ergò a 3. missis civilibus ✝ retinet deportatus quæ juris gentium sunt? Utiq; *d. § minor 2. Inst. de cap. de min. l. fin. supr. eod. l. 5. de bon. damnat. l. quidam 17. infr. de pœnis.* Sed quid respondebimus Callistrato *in l. 5. infr. de var: & extraord. cognit.* ubi dicit, deportatum amittere libertatem: Itane textum illum corruptum restituemus, ibi *velutiq; cum*, pro, *veluti cum*, cum *Ræward. 3. variorum 5. n. 3.* Atqui idem cum Callistrato affirmavit *Boëtius in top. Ciceronis.* An verò libertatis qualitates civiles, sive Quiritium, *de quibus senserit Callistratus*, ab ijs, quæ juris gentium sunt, *de quibus alij allegati textus*, separabimus? cum *Vaconio 1. dec. clar. 18. n. 9. & 10. Duaren. 1. disput. 9. Cuiac. 3. obs. 10.* Atqui Callistratus idem affirmavit, non tantum de deportatis, sed etiam de servis pœnæ, quos tamen propriè servos dictos & amittere libertatem nemo negat *per d. l. 8. § fin. hic.* An deniq; inter assignatam insulam, *de quo casu Callistratus*, & non assignatam, *de quo casu alij textus* discrimen constituemus cum *Hotom. in d. § minor. 2.* Atqui omnis deportatio est assignatæ insulæ, *per ea, quæ supra allegavimus l. si quis 38 § autores 2. infr. de pœnis.* Magis ergò est, ut dicamus, deportatos civitatem semper amisisse, quandoq; cum civitate etiam libertatē *de quo Callistrati responsum accipiendum est*, nominatim per sententiam fuisse privatos *per text. expressum in l. 2. C. ut nemo privatos titulos prædijs suis, Mascornus*

4. *de jurisdict. n. 96.* Etsi verò deportationis pœnam ✝ adhuc vigere putet *Capicius decis. Neapol. 152 n. 2. Ludov. Carrer. in pract. crim. § 7. n. 121* tamen crebriori calculo obtinuit, deportationi bannum imperij successisse *Bart. tract. de bannitis q. 1. n. 2. & 9. Bald. in l. 1. n. 4. C. de hæred. instit. Iason in § superest n. 36. Instit. de actionib. Clar. § fin. q. 67. n.*

67. *n.* 8. Quod rectius negat *Osasem decis. Pedemont.* 105. *n.* 8. *& seqq.* cui addatur *Mynsing.* 3. *obs.* 30. *Gail.* 1. *de pace* 19. *&* 20. *& lib.* 2. *c.* 3. *&* 6. *n.* 20. *& seqq.* & pœnam arbitrariam deportationi substituit *Menoch. cas.* 330. *n.* 5. *ubi plures laudat.* Habet enim bannum Imperij majorem cognationem cum aquæ & ignis interdictione *per text. in recessu VVormatiensi anno* 1521. *sub. rubr.* die Peen aller friedbrecher.

Ad § sed relegati 3.)

1. *Relegati in quibus differant à deportatis.*
2. *Relegati testamenta facere possunt.*
3. *Relegationis lata & stricta significatio, & quàm parum sibi ea in re constent tàm ICti quàm historici.*

RElegati cum capitalem pœnam non sustineant *Coras. ad l.* 1. *n.* 8. *&* 9. *supr. de offic. praef. urbi Duar.* 1. *disput.* 37. *Cuiac.* 6. *observ.* 25. *Robert.* 4. *sent.* 11. *Petr. Crinit.* 22. *de honesta disciplina* 5. *Hotom. hic in verbo Relegati.* (Contra *Calium Rhodeginum* 10. *antiq. lect.* 5. qui tempore, *& Budaeum in l. capitalium § in exulibus infr. de pænis,* qui loco, relegationem à deportatione distinguit) sed omnia jura retineant *l.* 4. *de interdict. & relegat. Tholosan. d. lib.* 31 *c.* 6. *n.* 14 nisi quis bonis specialiter ademtis relegaretur *d. l.* 4. *Castr. hic in § si cui* 1. *n.* 5. *Brisson. lib.* 5. *de formulis vers. relegati fol.* 541. Ideò rectè in textu nostro quartum traditur axioma, sed affirmatum: *Relegatos testamentum facere posse.* Relegati in specie & propriè qui sint, jam expositum est, & porrò cognoscetur ex duobus relegationis modis in textu nostro expressis, quorũ prior est ✝ si cui 1. 2. 3.

si cui assignetur locus à propinquis & amicis remotus *l. si quis* 38. § *qui nondum* 3. *infr. de pœnis*: Posterior est, si cui certo loco patria fortè simpliciter interdicatur *l.* 1. § 1. *infr. de effractor, l.* 4. *de interdict. & relegat.* Quibus addendus tertius modus, si quis certo loco excedere prohibeatur *l.* 5. *de interdict. & relegat.* Et ad hosce tres modos respexisse videtur *Cicero pro Cluent.* ubi negat esse vitam I. exulis (ita enim alibi vocantur secundo modo relegati *d. l* 38 § 3. *infr. de pœnis*, quamvis exilij vox latè pateat *l. sed et si* 13. § 1. *de donat. inter vir. & uxor, Dauth de testam. n.* 212. *fol.* 257 *litera B*) II. ab omnibus deserti. III. qui vivendi sententiâ passus est *l.* 3. *C. Theodos. lib.* 9. *tit.* 42. Sed latâ significatione relegati deportatos complectuntur, *Alc. in* 1. *παρεργῶν* 16. Imò confunduntur sæpius hæc vocabula non tantum apud Plinium & Tacitum *Teste Cujacio ad l.* 11. *de excus. tut.* verum etiam apud ICtos, ut nescire se, utrum imperitiâ, an fraude & scelere strictim relegationis verba usurpent, profiteatur *Petr. Faber* 2. *semestr.* 5.

Ad § hi verò 4.)

1. *Damnatus ad ferrum, ad bestias, in metallum non potest facere testamentum.*
2. *Damnati ad ultimum supplicium ne hodie quidem testamentum facere possunt: nisi consuetudo loci in contrarium sit.*
3. Dispositio *Auth. Bona damnatorum*, quando locum habeat.

DEniq; cum damnatus ad ferrum sive gladium, ad bestias, & in metallum, amittat libertatem, civitatem & bona, *d.* §. 4.

d. § 4. *hic l. si quis* 6. § *sed si quis* 6. *infr. de iniusto rupto & t. d. l.* 5. *infr. de var. & extraord. cogn. l. qui ultimo* 29. *infr. de pœnis.* Itaq; in textu nostro quintum proponitur axioma, idq; negatum: *Damnatus ad ferrum, ✝ ad bestias, in metallum non potest facere testamentum, & quod ante fecit, irritum fiet d. l. 6. § 6. infr. de iniust. rupto.* Ad gladium siue ferrum, & ad bestias damnari est destinari, ut quis depugnet cum gladiatoribus vel bestijs: Damnari in metallum est destinari perpetuis operis, de quibus pœnarum generibus videatur *Alciatus* 1. παρέργων 13. *Brisson. lib.* 5. *de formul. fol.* 5. *Tholos. d. l.* 31. *c.* 36. *Cuiac. hic* Constantinus tamen, ne quis amplius, gladiatoribus vel bestijs obijceretur, vetuit *l.* 1. *C. de gladiatorib.* Etsi verò ✝ ultimo supplicio damnati non amplius servi pœnæ efficiantur, atq; ita libertatem retineant, *Auth. sed hodie* C. *de. don. inter vir & uxor.* nec eorum bona ampliùs publicentur, atq; ita bona retinere videantur, *Auth. bona damnatorũ C. de bonis proscriptor. seu damnator:* tamen cum *d. Auth. hodie* loquatur eo casu, quo damnati vivi remanent *Bart. hic in pr. & n.* 1. *Bald. n.* 3. *Castr. in* § *sicut* 1. *n.* 9. *Vasq.* 1. *de successionum resolutione* § 3. *n.* 27. & *d. Auth. bona damnatorum* legitimis tantum hæredibus, non verò testamentarijs successionem deferat *Alber. hic n.* 1. *Castr. in d.* § *sicut* 1. *n.* 7. *Cuiac. hic in fine.* Deniq; *textus noster hic* tertiam rationem, civitatis nempe amissionem, quæ adhuc viget, & per se sufficiens est, exprimat *Bart. hic in pr. Castrens. in d.* § *sicut* 1. *n.* 10. *Vasq. d.* § 3. *n.* 26. *Connan.* 9 *Comm.* 4. *n.* 6. *circa med.* Ideò nostrum axioma etiamnum in viridi observantia, ex recepta interpretum sententia, custoditur *Vasq. d.* § 3. *n.* 34. *vers. contrarium, Connan. d. c.* 4. *n.* 6. *circ. med. Cuiac. hic in fin.* Quod limitatur, nisi consuetudo loci in contrarium sit, *Castr. hic in-*

1\.

2\.

hic in d. § *si cui* 1. *n.* 6. *Socin. regula* 107. *fallentia* 1. cum qua in hisce terris concordat *Const. Electoral.* 6. *part.* 3. Ut
3. ergò dispositioni + *Authentica bona damnatorum* locus sit, requiritur I. ut quis ultimum supplicium sustineat *Bald. hic n.* 3. *Castr. in d.* § *si cui* 1. *n.* 7. II ut pœna confiscationis saltem veniat in consequentiam, & tacitè *Bart. in l. qui à latronibus* 13. § *fin. n.* 3. & 4. *infr. h. t. Alber. hic in pr.* III. Deniq; ut pœna irrogetur jure communi *Alex. in additionib. ad Bart. hic litera C. Castr. cons.* 171. *n.* 5. *lib.* 1. Si enim ultimum supplicium non irrogetur vel confiscationis pœna principaliter sive sola, sive cum alia pœna & expresse, vel statuto infligatur, tunc bona damnati non legitimis hæredibus, sed fisco deferuntur, salvâ liberorum & parentum legitimâ *Tessaur. decis. Pedemont.* 198 *per tot.*

Ad L. si quis post accusationem 9.)

1. *Post accusationem ante condemnationem mortuus potuit facere testamentum.*
2. *Conciliatur cum hac l.* 9. *l. post contractum* 15. *infr. de donat.* & *l. qui pœna* 8. *sed nec* 1. *infr. de mat num.*
3. *Reus majestatis læsæ, perduellis &c; etiam ante accusationem testamentum facere nequeunt.*
4. *Metu pœnæ ante accusationem sibi mortem consciscens testamentum facere non potest.*

Damnatus capitali crimine, non potest facere testamentum *l.* 8. § *fin. axiom. un. supr. h. t.* Atqui post accusationem

tionem pendente processu decedens nondum est condemnatus. Rectè ergò *in hac l. 9.* tale proponitur axioma: *Post accusationem ✝ ante condemnationem in custodia mortuus potuit facere testamentum* 1.
l. in fraudem 45. § bona 1. infr. de jur. fisc. Dubium facit, quod de statu suo videatur incertus: quo casu testamenti factio non competit *l. de statu 15 infr. h. t. Castr. hîc n. 1.* & ut cingendus pro cincto; sic condemnandus pro condemnato haberi debeat. Decidendi ratio est, quod ante condemnationem de innocentia accusati benignè præsumendum sit *Hotom. hic.* Nec enim sola accusatione *l. furti 6 § sed si 1. supr. de his qui not. in fam. l. fin. C. de accus.* sed probatione præcedente *c. fin. 15. causa q. fin.* per sententiam, inducitur reatus *Alber. hic Hippol. de Mars. in pract. crim. § postquam n. 38.* Nihil ergò facit allata dubitandi ratio *ex d. l. 15. infr. h. t.* quia procedit, si quis de præsenti statu dubitet, secus de futuro, uti hîc *per text. expressum in l. si quis 6. § hi omnes 8. in fin. infr. de iniust. rupt. &c. Castr. hic n. 1.* Altera quoq; de cingendo dubitandi ratio procedit saltem in favorabilibus, non in odiosis. Nec adversatur ✝ huic loco *l. post contractum 15. infr. de donat:* ubi accusatus donare nequit, 2.
quia cum effectu textus ille intelligendus est, si nempe damnatio secuta sit, secundum vulgares lectiones ibidem, contra Florentinam *Duar. hic rubr. de his qui testam. fac. poss. fol. 320. col. 1. Hotom. hic.* Maior dubitatio est de *l. qui pœna 8. § sed nec 1 infr. manumiss:* ubi reus capitalium criminum manumittere nequit. Itaq; textum illum *ex § seq. ibidem* interpretantur, quod prospiciens imminentem condemnationem & nihilominus manumittens in dolo fuerit *Bald. hic n. 2. in fin. Duar. d. loco;* Sed ante condemnationem doli præsumtionem cessare, & potius pro innocentia præsumi (ex

H confes-

confesſione *Baldi hic n.* 1. *in fin.*) contra *Baldum & Duarenum* sentit *Hotom. hic per text. nostrum*: atq; ita eâdem utitur responſione *ad d. l.* 8. § 1. quâ uſus eſt *ad d. l.* 15. *infr. de donat.* Verba nempe illa accipienda eſſe cum effectu, ſi condemnatio ſecuta ſit. Quod ſi quis urgeret vehementius, reſponderem, *d. l.* 8. §. 1. accipiendum de criminibus exceptis *per l. quæſitum* 15. *infr. qui & à quibus manumiſſi &c. gl. hic in verbo condemnatus Alber. hic. Angel. de Perus n.* 1. Limi-

3. tatur ✝ enim noſtrum axioma I. in perduellibus, & majeſtatis læſæ reis, qui etiam ante accuſationem ſunt inteſtabiles *d. l. quæſitum* 15. *l. ex judiciorum* 20. *infr. de accuſat. Auth. bona damnatorum C. de bon. damnat. l. fin. § ſic & Divi C. ad L. Iul. maieſt. Duar. d. loco Gail.* 1 *de pac. publ.* 19. *n.* 13. *& c.*

4. 20. *n.* 7. *&* 12. II. Limitatur ✝ ſi quis metu pœnæ (non tædio vitæ, impatientiâ doloris, vel aliâ ſimili cauſâ) etiam ante accuſationem ſibi mortem conſciſcat *d. l. ſi quis* 6. *§ eius qui* 7. *verſ. proinde ſi ante & verſ. quod ſi quis tædio vitæ infr. de iniuſt. rupt. &c. l. fin. infr. de bon. damnat d. l. in fraudem* 45. *§ eius bona* 2. *infr. de jure fiſci l.* 2. *l.* 9. *C. qui teſtam. fac. poſſ. Duar. d. loco Gail. d. c.* 19. *n.* 9. *& c.* 20. *n* 12. *Guido Papa decis. Grationopol.* 76. *Hieron. à Laurentiis decis. Rotæ Avenionis* 123. *n.* 8. (ubi *n.* 10. docet, in dubio hoc vitæ tædio factum præſumi) *latiſſimè Petr. Roizius deciſ. Litu nia.* 1. *adde Guilielm. Benedict. ad c. Raynutius verb. mortuo itaq; teſtatore n.* 41. *& ſeqq. de teſtam. Petr. Iohan. de Anchoran. lib.* 2. *q.* 22. *per tot. Menoch. caſ.* 284. *per tot.* Plures limitationes noſtri axiomatis tradit *Gail. d. c.* 19. *&* 20: quemadmodum & hæreſeos crimen excipit *Duar. d. loco per c. cum ſecundum de hæreticis in* 6.

Ad L.

Ad L. qui manus 10.)

1. *Qui manus amisit, testamentum facere non prohibetur.*

IN testatore testamenti tempore sanitas mentis & judicij, non corporis exigitur *l. 2. supr. h. t.* Qui manus amisit, nō statim sanitatē mentis et judicij amisit *Duar. hîc de his qui testam. fac. poss. fol. 319. col. 2.* Rectè ergò hîc tale traditur axioma: *Qui manus amisit ✝ testamentum facere non prohibetur.* Dubium facere videtur, quod scribere non possit per textum nostrum hîc. Sed decidendi ratio esse potest, quod superfit testamentum nuncupativum, in quo nulla exigitur scriptio, & per consequens talis imperfectio corporis non impedit testamenti factionem. 1.

Ad L. obsides 11.)

1. *Obsides qui dicantur.*
2. *Obsides testamentum facere non possunt.*
3. *Testandi licentiam hostis obsidi civi Romano directò concedere potest: Princeps, obsidi ab hostibus dato saltem per indirectum, concesso usu togæ.*
4. *Obsides hodie testamentum facere possunt, præterquàm apud Turcas, aliisq; gentes, immanitate barbaras.*

CAptivi apud hostes non possunt facere testamentum *l. eius*
1. *qui* 8. *in pr. supr. h. t.* Atqui obsides + captivorum instar ab hostibus obsidentur, ut rupto sine causa fœdere, de ijs supplicium sumatur *Dionys. Halicarnass. Roman. antiq. lib. 6.* Liv. 5. *decad.* 3. *Bodin.* 5. *de Repub. c. fin.* Petr. *Gregor. Tholos. p.* 2. *syntagm. lib.* 19. *c.* 13. *per tot. & p.* 3. *lib.* 24. *c.* 3. *n.* 12. *Lopez. animadvers. jur. civil.* 18. *n.* 10. *Donell.* 6. *Comm.* 5. *vers. conditione pœna.* Rectè ergò hic tale proponitur
2. axioma: *Obsides + testamentum facere non possunt.* Limitatur tamen hoc axioma in textu, nisi hostes illis testandi licentiam dederint. Itanè directò? Ita quidem existimat *Duarenus hic fol.* 318. *col.* 1. *vers. Lege Cornelia, Cuiac. & Hotom. hic. Dauth. de testam. n.* 199. Sed non aliter
3. + hoc ferendum putamus, quam si textum nostrum de cive Romano, obside hostibus dato intelligamus cum *Lopez. d. c.* 18. *n.* 8. *&* 9 cum enim in hoste nulla habilitas testandi, utique nec licentia testandi â principe ei dari potest. Eiusmodi verò habilitas est in cive Romano, obside hostibus dato, quia verè servus non est, donec fides rumpatur *Lopez. d. c.* 18. *n.* 11. *in fin.* Quod si de hoste Romanis obside dato quæramus, alia decidendi ratio constituenda erit, quod nempe sit peregrinus (quam rationem nihil ad nostrum textum attinere probat *Lopez. d. c.* 18. *n.* 8. *&* 9. contrà *Connan.* 9. *comm.* 4. *n.* 6. *Duar d. loco vers.* Lege *Cornelia, Cuiacium & Hotom. hic.*) cum in testatore requiratur ut sit civis Romanus, *per ea quæ tradita sunt in d. l.* 8. *in pr. supr. h. t.* Talis cum non sit hostis, obses populo Romano datus; ideò Imperator Commodus defuncti in obsidione bona publicari, & in fiscum redigi jussit *l. Divus* 31. *infr. de jure fisci,* & consequenter propter inhabilitatem eiusmodi obsidi testandi licentia directò dari non poterit, sed saltem per indirectum, concesso nempe usu togæ *l. sed si ac-*

cepta.

cepto 32. *infr. de jur. fisc.* in quo consentit *Duarenus d. vers. Lege Cornelia, Cuiac. & Hotom. hic Renatus Choppinus* 2. *de morib. Parisiorum* 4, *n.* 1. *Balduin. ad L.* 12. *tabb. lib.* 1. *c.* 10. Toga enim proprium erat adiunctum civium Romanorum, sine qua eis, ne in provincijs quidem esse licebat *Carol, Sigon.* 1. *de antiquo jure Italiæ* 24. *Cuiac. hic*, Adde de toga & vestitu civium Romanorum *Gellium* 7. *noct.* 10. *Brisson. select. antiq.* 1. *Petr. Crinit.* 3. *de honesta disciplina* 7. *Hadr. Turneb.* 7. *adversar.* 20. *Connan. d. c.* 4. *n.* 6. *Tholos. d. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 19. & *p.* 3. *lib.* 47. *c.* 25. *n.* 17. Et de obside accipi debet *l. non est ambigendum de bonor. poss.* ut rectè docet *Gædd. ad l.* 3. § 1. *n.* 19. *de verb. sign.* Postremò usum huius textus † hodie non latius patere existimamus, quàm quæ de 4. captivis *in d. l.* 8. *in pr. supr. h. t.* tradidimus *Angel. de Perus. hic Duar. d. loco fol.* 318. *col.* 2. *circa pr. Tholos. d. lib.* 42. *c.* 8. *n.* 7. *Lopez. d. c.* 18. *n.* 12.

Ad L. Lege Cornelia 12.)

1. *Lege Cornelia confirmatur testamentum eius, qui captus apud hostes decessit.*
2. *Eius, qui apud hostes captus decessit, hæreditas, hæres necessarius, hæres suus, non propriè, sed minus propriè, & per abusionem, dicitur.*
3. *Fictio postliminij quandoque cum fictione L. Corneliæ confunditur.*

ETsi in testatore testamenti saltem tempore idoneitas requiratur *l.* 2. *supr. h. t.* aliud tamen esse, adeoque testamen-

 tum

rum irritum fieri *in d. l. 2.* monuimus, si testatoris status ra- tione libertatis, civitatis & famil. æ salvus non permaneat *l. si filio 6. § irritum 5. infr. de iniusto rupto.* Quibus omninò consequens est, si civis testamentum fecerit, & postmodum in captivitate apud hostes decesserit, testamentum eius irritum sive ex post facto nullum haberi *d. l. 6. § 5.* Ut autem cives contrà hostem proficiscendum redderentur promtiores, ideò L. Cornelius Sylla legem tulit, qua eiusmodi testamentum confirmabatur civili quadam fictione, dum civis, antequam in hostium potestatem pervenit, mortuus esse fingitur, *l. iusto 44. in fin. infr. de usurpat. l. in omnibus 18. infr. de captivis l. 1. C. de postliminio Bart. hic n. 1. Connan. 9. Comm 4. n. 6. Cuiac. & Hotom. hic Duar. rubr. de his qui testam. fac. poss. fol. 318. col. 1. vers. Lege Cornelia.* Rectè ergò *in hac l. 12.* tale proponitur axioma: *Lege Cornelia confir-*
1 *matus* ✝ *testamentum eius, qui apud hostes decessit d. l. 6. § quatenus tamen 12. infr. de iniusto rupto &c.* Annectuntur autem in textu duo consectaria. I. hæreditatem ad unumquemq; eorum pertinere, quibus nempe testamento delata est. Quinam sunt illi? Itáne tam legitimi, quàm extranei, testamento instituti, quod placuit *Accursio hic in gl. verbo unumquemq;*: Imò rectius dicemus, sive necessarij tantum sint, ut servi proprij, sive necessarij & sui simul, ut filiusfamilias, sive extranei hæredes *l. Lex Cornelia 28. infr. de vulgari &c. l. bona 22 infr. de captivis* Ad hosce enim gradus ICtus hîc respexit, ut probat *Cuiacius hic*, & patet ex ijs, *quæ in textu sequuntur.* Sed quomodo potest deferri hæreditas, quæ nulla esse dicitur? *in l. 3. § 1. de*
2. *V. S.* Respondeo, nullam esse ✝ si proprietatem & naturam vocabuli spectes, secus si Legis fictionem *l. filiusfamilias 18. ad L. Falcid. Ant. Faber 10. coniect. 12. fol. 287.*

II. Ser-

II. Servum proprium vel filiumfamiliàs in eiusmodi testamento institutum, domino vel patri necessarium fieri hæredem. Dubium facit, quod neuter horum mortis tempore fuerit in potestate testatoris, quod tamen in utroq; requiritur *§ necessarius 1. juncto § sui autem 2. Inst. de hered. qual. & diff.* Sed eâdem fictione, quâ testamentum sustinetur, sustinetur etiam necessarij, & sui hæredis nomen *l. filiusfamilias 18. infr. ad L. Falcid. l. in bello 12. § si quis capiatur 1. infr. de captivis Cuiac. & Hotom. hic.* Et hoc est, quod in textu habetur, servum minus propriè necessarium hæredem dici, filiumfamilias minus propriè, (hoc est, per abusionem *arg. l. 17. § 4. de fidejussor.*) suum hæredem dici, id est, non naturâ, sed fictione *Alber. hic Castr. n. 2. Cuiac. hic.* Præterea, quod in textu dicitur, servum proprium & filiumfamilias nostro casu invitos fieri hæredes, de jure civili, non de jure prætorio accipiendum est *d. § sui autem 2. vers. sed his prætor Inst. de hered. qual. & diff. gl. hic in verbo invitus.* Deniq; cum simili fictione postliminij jus ✝ ex captivitate reversi testamentum antea â cive factum, & captivitate secutâ irritum, communi gentium approbatione restauret, fingendo, testatorem nunquam captum fuisse *d. l. 6. § quatenus tamen 12. infr. de iniusto rupto &c. Cuiac. hic.* Ideò quandoq; L. Corneliæ fictionem, pro fictione juris postliminij positam legimus L. *captum 9. l. 14. C. de postlim. Hotom. hic in fin. Gædd. ad. l. 3. § 1. n. 23. de V. S.* 3.

Ad L. qui à latronibus 13. in pr.)

1. *Capti à latronibus testamentum facere possunt.*

ut

UT captivus cum libertate civitate & familia testandi jus amittat, requiritur, ut captus sit ab hostibus, *per ea quæ tradita sunt in l. eius qui 8. in pr. supr. h. t.* Atqui latrones non sunt hostes, sed prædones *l. hostes 24.. infr. de captiv. l. hostes 118. infr. de V. S. Duar. d. loco col. 2. circa pr.* Hostium enim captivitas jure gentium recepta est, *§ servitus autem 2. Inst. de jur. person.* Latronum captivitas jure gentium, cui latrones machinantur exitium, damnata est *Bodin. 1. de Resp. 7. & lib. 5. c. 6. Alberic. Gentilis 2. de legationib. 9. Hotom. hîc.* Rectè ergò in textu nostro hîc tale traditur axioma: *Captos à latronibus liberos manere,*
1. *adeoq; testamenta facere posse, l. postliminium 19. § à piratis 2. infr. de captiv.* Quod tamen quoad captivos à piratis & latronibus Turcarum, aliorumq; populorum barbarorum limitat, *Simon de Prætis 3. de interpretat. ultim. volunt. 1. dubio 4. solut. 3. n. 4. & seqq.*

Ad § item qui apud exteros, sive externos, sive extraneos, 1.)

1. *Qui apud extraneos, sive exteros legatione funguntur, testamentum facere non prohibentur.*

UT captivitas cum statu personæ, testamenti jus intercipiat, eam justam, h. e., jure gentium receptam esse oportet *d. l. eius, qui 8. in pr. supr. h. t. d. § servitus autem 2. Inst. de jur. person.* Atqui legatorum corpora ceu publica, non privata, jure gentium sacrosancta sunt, h. e. inviolabilia, & ab omni iniuria, multò magis à violenta manus iniectione, immunia

immunia *l. fin. infr. de legationib. Bart. hic n.* 3. *Bald. n.* 2. adde omninò *Forcatulum dial.* 1. *n.* 3. *& seqq. Cuiac.* 11. *obs.* 5. *Bodin.* 1. *de* Repub. 6. *Alberic. Gentil.* 2. *de legation.* 1. 3. 12. 13. 18. *& tribus seqq.* Rectè ergò in textu nostro tale proponitur axioma: *Qui apud extraneos ✝ legatione funguntur, testamentum facere possunt.* Exteri 2.
sive externi non eodem modo dicuntur. Aliquandò latâ significatione omnes ij, qui non eiusdem imperio sunt subiecti *l.* 7. *infr. de captiv.* (cui perperam negativam inserit *Hotom. hic*) *Cuiac. hic*: quandoq; strictiùs dicuntur, pro ijs, cum quibus neq; amicitiam, neq; hospitium, neq; fœdus habemus *l.* 5. *§* 1. *infr. de captiv.*

Ad § si quis capitali 2.)

1. *Capitali crimine damnatus, interpositâ appellatione pendente, testamentum facere potest, præterquàm in criminibus exceptis.*
2. *Idem est ante lapsum decendij, interponendæ appellationi præfixi:*
3. *Si publicatio bonorum in sententia specialiter expressa sit, intra decendium vel pendente appellatione rei defuncti hæredes appellationem interponere, vel interpositam prosequi debent.*

DAmnatus capitali crimine testamentum facere nequit *l. eius qui* 8. *§ fin. supr. h. t.* Post latam sententiam interpositâ appellatione pendente, nemo censetur damnatus,

quippe pronunciato extincto, res in eum statum, in quo ante litis contestationem fuit, per appellationem reducitur *l. 1. § fin. infr. ad SCtm. Turpill.* Rectè ergò in textu hîc tale traditur axioma: *Capitali crimine damnatus*

1. ✝ *interpositâ appellatione pendente testari potest l. si quis 6. § hi autem 8. infr. de injusto rupto &c.* Dubium movet, quod incertus de statu suo testari nequeat *per text. in l. seq. in fin.* Atqui semel jam damnatus de statu suo maximoperè incertus est. Sed rectè respondet Ulpianus *in d. § hi autem 8. in fin.* provocantem interim, h. e. donec causa appellationis determinetur, certum esse. Am-

2. pliatur autem hoc axioma, ut procedit quoq; ✝ appellatione nondum interpositâ, durante decendio, appellationi interponendæ præstituto, si intra illum fatalem terminum damnatus in prima instantia testetur, vel antea testatus moriatur: utroq; enim casu nihil attentandum, nec innovandum *c. non solum 7. de appell. in 6. gl. in l. ex judiciorum 20. verbo secuta, ubi Br. n. 1. infr. de Accus. Covarr. pract. quæst. 32. n. 2. Lanfr. tell. de attentatis p. 2. c. 11. n. 20. cum seqq.* Limitatur tamen nostrum axioma, ut non procedat I. si appellatio deseratur *Castr. hic n. 4.* II. Limitatur in omnibus â jure exceptis, ut est perduellionis & læsæ maiestatis *d. l. ex judiciorum 20. Auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. sive damn. l. quisquis 5. C. ad L. Jul. maiest.* & alia quæ annotavit *gl. in d. l. 20. Dauth. de testam. n. 207.* III. deniq; cum per

3. mortem damnati ✝ in prima instantia saltem pœna corporalis extinguatur, quæstione bonorum sub judice contentioso remanente, & ad hæredes defuncti transeunte, utiq; si publicatio bonorum in sententia specialiter expressa sit, vel ipso jure inferatur, ex admisso crimine, defuncti hæredes appel-

lationem

lationem interponere, vel interpositam prosequi debent *l. 3. C. si penden. appell. gl. hic in verbo valet circa fin. Bart. n. 3. & duobus seqq. Castr. n. 6. Cacheran. decis. Pedem.* 149. *Guilielm. Onciac. qq. Acad.* 41. *n.* 2. *Gail* 1. *de pace* 20. *n.* 17.

Ad L. qui testamento 14.)

1. *Incertus de statu suo certam legem testamento suo dicere non potest.*
2. *Incertitudinis species sunt: ignorantia, error, dubitatio, suspensio.*
3. *Qui testamento domini manumissus est, si ignoret, dominum decessisse, aditamq; esse hereditatem, testari nequit.*

DE testatore certò constare debet testamenti tempore *l. 2. supr. h. t.* quod sit liber *l. filiusfamilias* 16. *l. si filiusfamilias* 19. *in pr. infr. h. t.* civis Romanus *l. 1. infr. ad L. Falcid.* & paterfamiliàs *l. qui in potestate* 6. *in pr. supr. h. t.* In hisce enim tribus consistit personæ cuiusq; status *tot. tit. Inst. & ff. de c. diminut.* Hinc in textu nostro hîc in fine dicitur, *Incertum de statu suo* † *certam legem testamento dicere non posse*, quia contraria sunt, de statu 1.
suo incertum esse, & certum, sive constans testamentum facere, *Duar. hic rubr. de his, qui testam. fac. poss. fol.* 318. *col.* 1. *Hotom. hic in verbo, qui incertus, Cuiac. in l. seq. in fin.* Incertum esse de statu suo † genus est: eius species sunt, ignorantia, error, dubitatio & suspensio. Hinc quoad primam speciem, ignorantiam videlicet, subsumitur; Ignorans statum 2.

 suum

ſuum, eſt de ſtatu ſuo incertus: Ergo teſtamentum facere non poteſt. Aſſumtum in textu hic illuſtratur exemplo ſervi manumiſsi teſtamento, hoc modo: Servus teſtamento domini manumiſsus, ſi ignoret dominum defunctum, hæreditatemq; aditam, de ſtatu ſuo incertus eſt, id eſt, non exploratum habet, quod ſit homo liber, quia libertas teſtame to data, ante mortem teſtatoris, aditamq; hæreditatem, non competit *l. 1 § in noviſſimo C. de cadnc. tollend.* Rectè ergò in
3. textu hic tale traditur axioma: *Qui teſtamento † domini manumiſſus eſt, ſi ignoret dominum deceſſiſſe, aditamq; eſſe hæreditatem, teſtari nequit.*

Ad L. de ſtatu 15.

1. *De ſtatu ſuo dubitans vel errans non poteſt facere teſtamentum.*

HAEc quoad primam ſpeciem incertitudinis, ignorantiam videlicet. De errore & dubitatione *in hac L. 15.* ſequitur: cum de ſtatu ſuo dubitans vel in eo errans æquè de ſtatu ſuo incertus ſit, reſtat ut axiomatis loco concludamus:
1. *De ſtatu ſuo † dubitans vel errans non poteſt facere teſtamentum, per d. l. 15. hic.* Dubitationis exemplum eſſe poteſt, ſi quis incidat in turmas equitũ: is enim incertus eſſe poteſt, utrum ab hoſtibus, an à latronibus captus ſit *l. 1. de leg. 1. Cuiac. & Hotom. hic.* Erroris exemplum

exemplum esse potest, si filiusfamilias putet se patremfamilias *l.* 1. § *exigit infr. de bonor. possess. secund. tabb. Hotom. hic,* vel relegatus putet se capite minutum esse *Cuiac. hic.* Denique suspensionis exemplum esse potest, si filius in civitate existat, cuius pater apud hostes est. Dum enim incertum est, utrum pater sit reversurus nec ne, ideo propter jus postliminij illius filij status in suspenso est *l.* 2 § 2. *infr. unde legitimi Cuiac. hic contra Hotom. qui hoc exemplum ad ignorantiæ statum refert.*

Ad L. filiusfamilias 16. in pr.)

1. *Filius familias, servus alienus, posthumus & surdus, passivam testamenti factionem habent.*

PAssivam testamenti factionem habere dicuntur, qui ex testamento vel sibi capere, vel alijs acquirere possunt § *in extraneis* 4. *vers. testamenti autem factionē Inst. de hæred. qual. & differ.* Atqui filiusfamilias, servus alienus, posthumus & surdus, ex testamento vel sibi capere, vel alijs acquirere possunt. Rectè ergò in textu hîc tale traditur axioma: ***Filiusfamilias † servus alienus, posthumus & surdus, passivam testamenti factionem habent.*** *d.* § 4. *vers. & ideò Inst. de hæred. qual. & diff.* Filiumfamilias sibi acquirere posse palam est ex § *igitur liberi* 1. *vers. quia ex alia causa Inst. per quas personam cuiq. acquir.* Similiter servum domino suo acquirere traditur *in* § *item vobis* 3. *Inst. per quas person. cuiq. acq.* Oportet tamen testatorem, cum servi domino quoq; habere testa- 1.

menti factionem. Cum enim servus acquirat ex persona domini, utiq; quam dominus non haberet, habilitatem servo impertiri non posset *ulpian. in fragm. tit.* 22 Posthumum hîc intelligamus alienum, & impuberem oportet, *Hotom. hic verbo & posthumus*, ubi particulam *alienus* transpositam, & *à servo ad posthumum* referendam putat. Aliàs enim non tantum passivam, sed etiam activam testamenti factionem posthumus alienus haberet, & si hîc ageretur de posthumo suo, necessariò is hæres institueretur. Surdum quoad hæreditatis acquisitionem nihil impedit sensus ille amissus, cum non voce tantum, sed facto quoq; declarata voluntas ad acquisitionem hæreditatis sufficiat § *item extraneus 6. Inst. de hared. qual. & diff.*

Ad § Marcellus 1.)

1. *Furiosus passivam habet testamenti factionem.*
2. *Filiusfamilias, servus, posthumus, infans, surdus, & furiosus non possunt facere testamentum,*
3. *Pro furore & contra furorem quatenus præsumatur.*
4. *Clausula à Notario testamento inscripta*: Testatorem sanæ mentis fuisse, *quid operetur.*

Æquè cum furiosus sibi acquirat legatum, vel fideicommissum, non hæreditatem, nisi simul necessarius hæres sit, *l. furiosus 63. infr. de acquir. hæred.* rectè Marcellus in notis ad Pomponij librum singularem regularum respondit:

1. *Furiosum passivam † testamenti factionem*

nem habere. Quod autem furiosus legatum vel fideicommissum sibi acquirat, ita in textu probatur. Ex quibus causis compotibus mentis, ignorantibus acquiritur, ex iisdem furiosis quoq; acquiritur *l. si à furioso 24. in pr. infr. de O. & A.* Atqui compotibus mentis ignorantibus actiones personales acquiruntur *per textum nostrum hic in fine.* Ergò etiam furiosis actiones personales legati & fideicommissi nomine acquiruntur. Dico acquiri ignorantibus actiones personales, non dominium, *cum textu hic*: Si enim dominium ignorantibꝰ acquireretur, repudiari non possent legata *Cuiac. hic.* Nec facit L. *si partem 19. § 1. supr. quemadm. servit. amitt.* ubi servitus legata ignoranti acquisita dicitur. Item *l. magis 5. § fundum 8. supr. de reb. eor. qui sub. tut. & cura sunt* ubi fundus legatus dicitur pupilli esse. Item *l. cum pater 77 § surdo 3. infr. de legat. 2.* ubi ignorantes astringi fideicommisso dicuntur. Item *textus noster hic*, ubi dicitur, furiosum posse sibi acquirere legatum vel fideicommissum. Rectè enim respondet *Cuiac. hic*, quod qui actionem de re aliqua habeat, videatur etiam rem ipsam habere *l. 143. de V. S. l. 15. de R. I.* Ex hisce omnibus ita expeditis aliud elicimus axioma:

Filiumfamilias, ✝ servum, posthumum, infantem, surdum, & furiosum non posse facere testamentum. 2.

De filiofamilias dixi *in l. 6. in pr. supr. h. t.* Servus prohibetur, quod nec libertatem, nec civitatem, nec bona habeat *Duar. hic rubr. de his qui test. fac. non poss. fol. 318. col. 1.* Quæ tamen omnia in testatore requiri traditum est *in l. 8. supr. h. t.* De surdo antea dixi *in d. l. 6. § 1. & l. 7. supr. h. t.* Ratio prohibitionis in Infante & furioso est, quod neuter mentis integritatem habeat, ad testamenti factionem activam necessariam *l. 2. supr. h. t.* Limitatur

tamen

tamen hoc axioma quoad furiosum, eo tempore, quo furoris intervallum habet; tunc enim omnino testari potest *l. furio-*
3. *sum 9. C. de testam.* Quemadmodum autem nemo ✝ furiosus præsumitur, sed sanæ mentis potius *l. 5. C. de Codicill. Franc. Marc. decis. Delphin. p. 2. q. 166. n. 2. Thom. Grammat. decis. Neapol. 73. n. 21. & seqq.* Ita semel furiosus probatus, semper pro furioso habetur, nisi tempore testamenti de furoris intermissione doceatur. *Lanfr. in c. quoniam contra c. 8. n. 90. de probat: Hieron. Magon. decis. Florent. 97. n. 10. & 11. Anton. de Gama. decis. Lusitania 98. n. 2. & decis. 100. per tot. lib. 1.* Ita quoq; præsumitur pro testamento, actu, sanæ menti conveniente, constante *Boër. decis. Burdegal. 23. n. 88. Anton. de Gama decis. Lusit. 302. n. 2. lib. 1.* & usitato stylo concepto *Decius in l. negocijs 5. n. 2. & 3. de R. I. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 1. n. 11.* Atq; ita centumviros aliquando, quid scriptum esset, non quis scripsisset, spectasse refert *Valer. 7. memorab. 8.* Quæ omnia tum demum tolerari possunt, si actus ille testandi fuerit multis verbis declaratus & expeditus, ut tradit *Petr. Roizius decis.*
4. *Lituan. 1. n. 115.* Quid verò, ✝ si in actu prolixo, aliquandiu continuato, de judicij integritate testatoris aliter non constet, quam si Notarius tastamento inseruisset, *testatorem tunc sanæ mentis fuisse?* Et licet pro tali clausula præsumi teneat *Franc. Marc. decis. Delphin. p. 2. q. 166. n. 3. Hieron. Magon. decis. Florent. 97. n. 12.* tamen nisi simul alias circumstantias, sanæ menti convenientes, expresserit Notarius, eiusmodi clausula parum relevabit *Vas. 1. de success. progress. § 1. n. 54. & seqq. Boër. decis. Burdegal. 23. n. 77. latissimè Petr. Roiz. decis. Lituan. 2. per tot.*

Ad L.

Ad L. in adversa 17.)

1. *Mente captus non potest facere testamentum.*
2. *Fatuus potest facere testamentum.*

Aequè cum mente captus judicio prorsus destituatur, ut maximè ad internam animi rabiem, ceu furiosus externam importunitatem non addat *Iason, in l. furiosum 9. n. 2. Dec. n. 1. & 2. C. de testam. Alciat. 1. paregon 16.* Ideoq; *in hac L. 17.* tale traditur axioma: *Mente captus* † *non potest facere testamentum. Roland. Passag. p. 1. de testam. rubr. 2. n. 12. Ioseph. Ludov. decis. Perus 1. n. 13. Nic. Boër. decis. Burdeg. 23. n. 42. Anton. Tessaur. decis. Pedemont. 92. per tot.* Ab utroq; verò, cum distinctas rationes habeat fatuus, qui communi sensu, ceu furiosus & mente captus, non destituitur, sed ad nimiam potius simplicitatem, quam mentis deliquium accedit: ideo sine contradictione ferè obtinuit, fatuum testamentum † facere posse *arg. l. 2. supr. de postuland. arg. l. quoniam 15. C. de testam. Alex. in l. si frater 3. n. 4. Castr. n. 2. Dec. n. 3. C. qui testam. fac. poss. Anton. Gomez. 1. resol. 6. n. 2. Franc. Mantica 2. conjectur. ultimar. volunt. tit. 5. n. 14. Grass. § testamentum q. 21. n. 7. Vasq. 2. de success. progr. § 17. n. 110.*

1.

2.

Ad L. is cui lege 18. in pr.)

1. *Prodigus non potest facere testamentum.*
2. *Quæ requirantur, ut quis in præsenti materia dicatur prodigus.*

tamen hoc axioma quoad furiosum, eo tempore, quo furoris intervallum habet; tunc enim omnino testari potest *l. furiosum 9. C. de testam.* Quemadmodum autem nemo ✝ furio-
3. sus præsumitur, sed sanæ mentis potius *l. 5. C. de Codicill. Franc. Marc. decis. Delphin. p. 2. q. 166. n. 2. Thom. Grammat. decis. Neapol. 73. n. 21. & seqq.* Ita semel furiosus probatus, semper pro furioso habetur, nisi tempore testamenti de furoris intermissione doceatur. *Lanfr. in c. quoniam contra c. 8. n. 90. de probat*: *Hieron. Magon. decis. Florent. 97. n. 10. & 11. Anton. de Gama. decis. Lusitania 98. n. 2. & decis. 100. per tot. lib. 1.* Ita quoq; præsumitur pro testamento, actu, sanæ menti conveniente, constante *Boër. decis. Burdegal. 23. n. 88. Anton. de Gama decis. Lusit. 302. n. 2. l. b. 1.* & usitato stylo concepto *Decius in l. negocijs 5. n. 2. & 3. de R. I. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 1. n. 11.* Atq; ita centumviros aliquando, quid scriptum esset, non quis scripsisset, spectasse refert *Valer. 7. memorab. 8.* Quæ omnia tum demum tolerari possunt, si actus ille testandi fuerit multis verbis declaratus & expeditus, ut tradit *Petr. Roizius decis.*
4. *Lituan. 1. n. 115.* Quid verò, ✝ si in actu prolixo, aliquandiu continuato, de judicij integritate testatoris aliter non constet, quam si Notarius tastamento inseruisset, *testatorem tunc sanæ mentis fuisse?* Et licet pro tali clausula præsumi teneat *Franc. Marc. decis. Delphin. p. 2. q. 166. n. 3. Hieron. Magon. decis. Florent. 97. n. 12.* tamen nisi simul alias circumstantias, sanæ menti convenientes, expresserit Notarius, eiusmodi clausula parum relevabit *Vas. 1. de success. progress. § 1. n. 54. & seqq. Boër. decis. Burdegal. 23. n. 77. latissimè Petr. Roiz. decis. Lituan. 2. per tot.*

Ad L.

Ad L. in adversa 17.)

1. *Mente captus non potest facere testamentum.*
2. *Fatuus potest facere testamentum.*

Aequè cum mente captus judicio prorsus destituitur, ut maximè ad internam animi labiem, ceu furiosus externam importunitatem non addat *Iason, in l. furiosum 9. n. 2. Dec. n. 1. & 2. C. de testam. Alciat. 1. paregon 16.* Ideoq; *in hac L. 17.* tale traditur axioma: *Mente captus* ✝ *non potest facere testamentum.* *Roland. Passag. p. 1. de testam. rubr. 2. n. 12. Ioseph.* Ludov. *decis. Perus 1. n. 13. Nic. Boër. decis. Burdeg. 23. n. 42. Anton. Tessaur. decis. Pedemont. 92. per tot.* Ab utroq; verò, cum distinctas rationes habeat fatuus, qui communi sensu, ceu furiosus & mente captus, non destituitur, sed ad nimiam potius simplicitatem, quam mentis deliquium accedit: ideo sine contradictione ferè obtinuit, fatuum testamentum ✝ facere posse *arg. l. 2. supr. de postuland. arg. l. quoniam 15. C. de testam. Alex. in l. si frater 3. n. 4. Castr. n. 2. Dec. n. 3. C. qui testam. fac. poss. Anton. Gomez. 1. resol. 6. n. 2. Franc. Mantica 2. coniectur. ultimar. volunt. tit. 5. n. 14. Grass. § testamentum q. 21. n. 7. Vasq. 2. de success. progr. § 17. n. 110.* 1. 2.

Ad L. is cui lege 18. in pr.)

1. *Prodigus non potest facere testamentum.*
2. *Quæ requirantur, ut quis in præsenti materia dicatur prodigus.*

3. *Si prodigalitas revera non subsit, probatâ frugalitate, non obstante interposito decreto, testamentum sustinetur.*

4. *Testamentum prodigi ante ademtam administrationem sustinetur.*

5. *Prodigus, cui bonis interdictum est, est intestabilis.*

DVo proponuntur *in hoc pr.* axiomata, quorum prius pertinet ad secundam, posterius ad tertiam huius tituli partem. Prius ergò quod attinet, cum prodigus non tantum pupillo *l. certi 9. § quoniam in fin. supr. reb. cred.* sed etiam furioso comparetur *l. is qui 12. § fin. supr. de tutor. & Curat. dat. ab his &c. l. fin. § minores C. de sentent. pass. Castr. hic n. 3.* quippe quod neq; tempus, neque finem expensarum habeat *l. 1. supr. de curat. furiosi*: Indeq; prætor ex verbis L. 12. tabb. cognitâ causâ, & adhibitâ præconis voce, ei commercio, inter vivos & mortis causâ, interdicat, & curatorem adiungat *d. l. 1. de curat. fur. Franc. Caldas ad l. si curatorem in pr. n. 25. & seqq. & in verbo cum non absimilis n. 7. 28. & 78. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 1. n. 16. & duob. seqq.* Ideò rectè in textu hîc tale traditur axioma: *Prodigus*

1 † *non potest facere testamentum § item prodigus 2. Inst. quib. non est permiss. gl. hîc in verbo is cui.* Ut autem consequenti huius axiomatis locus sit, quoad præsentem materiam, in antecedente duo requirimus: I. Ut sine causa

2 & certo fine † bona sua indesinenter dissipet *d. l. 1. supr. de curat. fur.* II. Ut ei, cognitâ causâ, per decretum judicis bonorum administratio interdicta sit, etiamsi apertè prodigus fuisset *per textum nostrum hîc d. § item prodigus 2. l. tres tutores 56. in fin. supr. de administr. & peric. tutor. Iason. in*

l. is

l. is cui 5. n. 9. infr. de V. O. (ubi contrariæ opinionis fundamenta refert, & ad ea respondet *ibidem; Castr. hic n. 5.*) *Cald. in d. verbo cum non absimilis n. 5. & 2. seqq. Vigl. in d. § item prodigus 2. r. 3. Ich. Corser. decis. Capella Tholosana q. 363.* (*ubi Steph. Aufrer. n. 1. notat,* hodie interdictionem fieri tacitè, id est, sine præconis voce, cognitâ causâ tamen, & interposito decreto judicis, & adiunctione curatoris, cum olim præconis voce notaretur *l. 12. supr. de minorib. l. certi 9. § quoniam supr. de reb. cred. Vult. in d. § item prodigus 2. fol. 170.*) Cum enim testamenti factio jure publico tantum detur *l. 3. supr. h. t.* utiq; non aliter quam lege publicâ duodecim tabularum præcedente, prætor, vel hodie judex, eam adimere potest *Cuiac. hic Hotom. in verb. Lege interdictum.* Ex hisce duobus requisitis duo consequuntur I. si prodigalitas ✝ revera non subsit, probatâ frugalitate, decreto interposito non obstante, testamentum sustineri *l. inter 10. l. Seia 26. supr. de tutor. & curat. dat. ab his Iason. in d. l. is cui 5. n. 14. & seq. de V. O. latè Modestin. Pistor. cons. 20. n. 62. lib. 1.* 3.
Cum enim prodigo ad frugalitatem redeunte, ipso jure interdictum cesset *d. l. 1. supr. de curat. furios. Paul. 3. sentent. 4. Cald. in d. verbo cum non absimilis n. 31. 81. & seqq.* multò minus, si ab initio non subsit prodigalitas, decreto frugalitatis effectus impediri poterit *arg. patre 8. supr. de his qui sunt sui vel al. jur.* Sed cum pro decreto præsumatur *L. Herennius 63. § si quis n. 13. supr. si quis jus dicendi &c.* Ideò post interpositum decretum, nisi per appellationem suspensum sit, probatam frugalitatem, testamentum non relevare, tradit *Cald. in d. verbo cum non absimilis n. 19. Vigl. in d. § item prodigus n. 4. Rolandin. Passeg. d. rubr. 2. n. 13. VValther. 1. miscellan. 38. latè terminis decisio Rota Romana 8. per tot. tit. de testam. in antiquis, aliàs decis. 866. per l. pen. de curat fur.* Cæterùm ad decreti præsumptionem respondemus: In re

 certa

certa locum non esse coniecturis *l. continuus* 136. § *cum ita, in fin. infr. de V. O.* Deinde *ad d. l. pen.* respondet *Iason. in d. l. is cui* 5. *n.* 14. *de V. O.* multum interesse inter patrem & iudicem; pater cuius iudicium servandum dicitur *in d. l. pen.* filij mores penitus novit: Ergò lex magis patris, quàm iudicis assertioni assistit. Hæc quoad primum consectarium.

II. Est: testamentum, ante ademtam administrationem
4. † â prodigo factum sustineri, *per textum nostrum hic & d.* § *item prodigus* 2. *Boër. decis. Burdeg.* 23. *n.* 98. nisi propter delictum admissum capitali pœnâ afficeretur *arg. l.* 8. § *fin. supr. h. t. Cald. in d. verbo cum non absimilis n.* 43. *Vasq.* 1. *de success. resolut.* § 3. *n.* 40. *& seqq.* Tantum de priori axiomate huius principij.

Sequitur posterius: *Prodigus cui bonis in-*
5. *terdictum est* † *est intestabilis*, h. e. testis adhiberi non potest *Duar. hic rubr. de his qui testam. fac. poss. fol.* 320. *col.* 2. *in pr. Tholos. p.* 3. *syntagm. lib.* 42. *c.* 8. *n.* 18. *& seq.* Rationis loco in textu adfertur, quod prodigus testamenti factionem non habeat. Sed hoc de passiva testamenti factione accipi non potest, quia eam prodigus habet *l.* 5. *infr. de acquir. hered.* nec de activa testamenti factione accipi posse videtur, quia filiusfamilias, etiamsi hanc non habeat *l.* 6. *in pr. supr. h. t.* tamen habet testimonij dictionem § *pater* 8. *Inst. de testam. ordinand.* idemq; de hæretico dicendum *l. quoniam C. de haret.* Cæterum ad causam ademtæ testamenti factionis activæ Ulpianum hîc respexisse scire debemus, quæ est, quod prodigus damnatus sit nequitiæ, indeq; per interdictum ipsi aspersa sit macula *Valer.* 3. *memorab.* 2. *Cuiac. hic Hotom. in verbo merito igitur.* Cum enim Prætor non omnes testimonium dicere patiatur, etiamsi integræ

frontis

frontis sint *l. quæsitum supr. de Testibus*, hoc est, etiamsi pro pter delectum non sint notati, uti l. Rhemniā calumniatoribus imprimebatur in fronte calumniæ nota *Cujac. hic*: Multò minus testimonium perhibere patietur prodigos, prædicto modo notatos.

Ad § si quis ob carmen I.)

1. *Ob famosum carmen damnatus, testamentum facere nequit.*
2. *Famosum carmen quod dicatur.*
3. *Famosi carminis autor quis censeatur.*
4. *Ob famosum carmen damnatus est intestabilis.*
5. *Infamis regulariter testamentum facere potest.*

IN hoc quoq; textu duo proponuntur axiomata, quorū pr ad secundā, posterius ad tertiā h. tit. partem pertinet. Cum n. diffamans aliquē famoso carmine, capitali pœnâ teneatur sæpissimè, *l. un. C. de famos. libell.* Damnatus autem capitali crimine testari prohibitus sit *l. eius qui 8. § fin. supr. h. t.* rectè in textu nostro hîc tale traditur axioma: *Ob famosum carmen damnatus* + *testamentum facere nequit.* 1. Famosum carmen dicitur per synecdochen speciei libellus famosus, sive pasquillus, + quo quis de crimine 2. capitali diffamatur, idq; inde probatur; quia ex hoc delicto quis tenetur pœnâ talionis, sive similitudinis *gl. fin. in d. l. un. Const. crim. Caroli V. c. 110.* Atqui, diffamator dicitur teneri pœnâ capitali *d. l. un.* Ergò alium in eiusmodi libello de crimine capitali diffamârit oportet. Diffamare quis

tali

3. tali libello ✝ dicitur, si sit autor, qui composuit, vel quasi autor, qui inventum libellum alteri ostendit, nec ostendere potest, à quo acceperit. *Petr. Placa lib. 1. epitom. delictor. c. 3. n. 1. Menoch. cas. 263. n. 38. & seqq.* II. requiritur, ut diffamatio sit dolosa & punibilis *d. Const. crim. c.* 110. *VVesenb. cons. 22 n.* 5. III. requiritur, ut diffamatio falsa sit *d. Const. crim. c.* 110. *Const. Elect.* 44. *p.* 4. *Mynsing.* 4. *obs.* 4. IIII. ut quis nomen suum in eo libello suppresserit *d. Const. crim. c.* 110. *d. Const. Elect.* 44. V. deniq;, ut quis eiusmodi libellum publicaverit, vel publicandum dederit, vel dolosè ita habuerit, ut facilè in aliorum manus pervenire posset *L. Lex Cornelia* 5. §. *fin. infr. de injur. Menoch. d. cas.* 263. *n.* 36. *& seq.* Quod si unum vel plura requisita deficiant, non ordinariæ, sed extraordinariæ pœnæ locus est *d. Const. crim. c.* 110. *d. Const. Elector.* 44. *Placa d. tract. c.* 1. *n.* 5. Quâ pœnâ cum nec diffamatus testamenti factionem amisisset *arg. d. l.* 8. §. *fin. supr. h. t.* utiq; nec diffamans testandi potestatem amittere dicendus est. Atq; eatenus textus noster ad secundam huius tituli partem pertinet. Sequitur II. axioma ad tertiam huius tituli partem referendum:

4. *Damnatus ✝ ob famosum carmen est intestabilis,* id est, testis adhiberi in testamento non potest. (sive ut *Castr. hic n.* 3. *Donell.* 6. *Comm.* 5. *vers. vita testantis &c.* interpretatur, nec ipse aliis, nec alij ipsi testimonium dicere possunt: unde efficeretur, eum nec hæredem institui posse. *Ang. de Perus. & Alber. hic,* quia post mortem testatoris testimonium dicitur hæredi *Hotom. hic.* Cum ergò prodigus non dicatur intestabilis, ut ei testimonium dici nequeat *h. l.* 18. *in pr.* Ideò mirum non est, quod ipsi passiva testamenti factio sit relicta *l.* 5. *infr. de Acq. her.* propter relictam libertatem, civitatem & bona, quæ damnatus capitali

crimi-

crimine amittit *l. 8. § f. supr. h. t.*) *Duar. hic tit. De his qui testamenta fac. non poss. fol. 320. col. 2. in pr.* Hoc enim SCto specialiter expressum esse dicitur *in textu hic & in l. cb carmen 21. supr. de testib.* quod *Bald. hic notandum monet*, idemq; *L. Cornelia* dicitur cautum *in d. l. Lex Cornelia 5. § fin. infr. de injur. Hotom. hic.* unde facilè resolvitur quaestio, An infamis 4 testamentum facere possit. Dubium facit, quod 5. notatus sit ignominiâ. Ex qua causa prodigus testari prohibitus dicebatur *h. l. 18. in pr. circ. f.* Sed cum nusquam speciali lege testamenti factio, quae publico tantum jure datur, *l. 3. supr. h. t.* ademta legatur, meritò affirmativam amplectimur, quae probatur *per l. testamenta 26. infr. de milit. testam. l. 1. C. de secund. nupt.* ubi mulier intra annum luctus iterum nubens secundo viro, tertiam bonorum partem testamento relinquere potest, & tamen infamiâ notata dicitur *in l. 1. de his, qui not. infam.* Et tenet hanc sententiam *Bart. hic n. 1. ubi Angel. de Perus. & Albericus, Castrens. n. 5. Hotom. vers. quaeritur etiam Duar. hic rubr. de his qui testam. fac. poss. fol. 320. col. 2. Donell. d. c. 5. vers. vita testantis.*

Ad L. si filiusfamilias 19.)

1. *Ex tabulis â filiofamilias, impubere, vel servo factis & signatis non datur bonorum possessio.*

EX testamento nullo non datur bonorum possessio 1. Cessante enim causa cessat effectus. Atqui testamentum factum â filiofamilias, pupillo, sive impubere, vel servo, nullum est, quia testandi potestatem non habent, uti de impube-

re

re textus est *in l. qua aetate 5. supr. h. t.* de filiofamilias *in l. qui potestate 6. in pr. supr. h. t.* De servo *in l. filiusfamilias 16. in pr. supr. h. t.* Rectè ergò in textu hîc tale traditur
1. axioma: *Ex tabulis + à filiofamilias impubere vel servo factis & signatis non datur bonorum possessio.* Assumtum principalis syllogismi ampliatur, etiamsi filiusfamilias postea sui juris, pupillus, pubes, servus liber factus sit. Quae enim ab initio non valent, tractu temporis non convalescunt *l. qua ab initio de R. I. Alber:* hic ne testamentorum jus, si ex incerto & infortuito eventu pendeat, incertum & fortuitum sit *Hotom. hic in verbo licet sui juris.*

TERTIA PARS HUIUS TITULI QUOMODO TESTAMENTA FIANT.

Ad L. qui testamento 20. in princ.)

1. *Nemo cuius negocium geritur, in testamento testis esse potest. Quod limitatur n. 5. 6. & 7.*
2. *Heres in eo, quo instituitur, testamento testis esse nequit.*
3. *Conciliatur cum hac l. 20. in pr. § Sed neque heres 10. Inst. de testam. ordinand.*

4 Hic

4. *Heredis pater & qui in eadem cum herede patria potestate sunt, testes adhiberi non possunt.*
5. *Legatarij & fidecommissarij rectè testes adhibentur, ubi latè & pressè ratio inquiritur.*
6. *Dictantes testamentum, etiamsi eis aliquid ascriptum sit, testes nihilominus esse possunt.*
7. *Tutor testamentarius testis adhiberi potest.*
8. *Impubes testis in testamento adhiberi nequit.*
9. *Filiusfamilias patri non potest in testamento esse testis.*

HActenus fuit secunda pars huius tit. qui testamenta facere possunt vel non. Sequitur tertia pars, quomodo testamenta fiant, ubi requisita ordinationis externa & interna observanda sunt. Externis requisitis quando testamentũ privatâ fide firmamus, annumeratur convocatio testium idoneorum, quales habentur omnes specialiter nõ reprobati. Cum autem nullus in re sua idoneus testis censeatur *l. nullus* 10. *supr. de testib. l. omnibus* 10. *C. eod.* rectè infertur, *Neminem eorum* ✝ *inter quos negocium geritur, in testamento testem adhiberi posse.* 1.
Quæ regula quando officium suum perdat, dicetur *Infr. n.* 5. *& seqq.* Quia vero totum negocium, quod testamenti ordinandi gratia agitur, hodie inter testatorem & heredem geri creditur *§ sed neq. heres* 10. *in pr. Inst. de testam. ordin.* Ideò superioribus consentaneum axioma *hic in pr.* traditur, *Qui testamento heres instituitur* ✝ *in eodem testamento testis esse non potest per textum nostrum hic d. § sed neq. heres* 10. *in pr.* Hoc autem loco insignis subo- 2.

3. ritur dubitatio, ✝ cum textus noster sive Ulpiani, sive Sabini, qui 300 ferè annis Iustinianum anteverterunt, responso tribuatur, quomodo hoc ius Imperator *in d. § sed neq; heres 10. vers. tamen nos eandem observationem corrigentes* sibi asscribere potuerit. Ut igitur hosce textus conciliarent, alij responderunt, Iustinianum ex eo, quod sparsè, imperfectè & parum aptè à veteribus tradita in unum corpus collegerit, hoc ius, ceu novum, sibi asscribere potuisset *Coras. 5. miscell. 17. n. 4. & 6.* Sed cum nostro textu hîc nihil sit apertius, ideò alij eum de testamento juris prætorij, in quo de herede semper constabat, contra *d. § sed neq;* 10. de testamento juris civilis, in quo scriptus heres ignorabatur, omni negocio inter testatorem & familiæ emtorem gesto, accipiunt *Cuiac. hic Dauth. n. 3.* Verùm si textum *d. § sed neq;* 10. penitius inspiciamus, apparebit, hoc jus ante Iustiniani tempora controversum fuisse, ideoq; *ibidem in fin.* dicit, *se dissentientes veteres constitutiones suis libris inseri non permisisse.* Quocircà Iustinianus, Ulpiani vel Sabini consentientis sententiam, hîc propositam, confirmando, novum jus constituisse dicendus est *arg. l. 2. § tanta 10. C. de vet. jur. enucl.* Et huc inclinare videtur *Hotom. hic in verbo qui testamento.* Am-
4. pliatur porrò præcedens axioma, ut nec pater hæredis, ✝ nec quisquam eorum, qui eiusdem cum ipso patriæ potestatis vinculo astricti sunt in eodem testamento testes esse possint *d. § sed neq;* 10. quoniam illorum omnium una & eadem videtur esse causa *§ si quis 4. vers. et qui juri tuo Inst. de inut. stipul. l. fin. de impub. & alijs subst.* Limitatur tamen idem
5. axioma I. quo ad legatarios, ✝ qui in testamento testes esse prohibentur *per textum nostrum hic § legatarijs 11. Inst. de testam. ordin. l. si quis ita 14. infr. de reb. dub.* II. limitatur, quoad fideicommissarios, ut & hi testamento testes adhiberi possint *d. §. legatarijs 11.* ubi cum addatur ratio, *quod non sint*

ſint ſucceſſores juris, facilè inde colligimus, intelligi ibi ſaltẽ fideicommiſſarios ſingulares, quibus res ſingulæ, fortè veſtis, fundus Tuſculanus &c. relinquuntur *Mynſ. in d.* § 11. *n.* 5. Enimverò cum huic diſpoſitioni repugnet regula ſuperius tradita, quod videlicet nemo in re ſua ideoneus ſit teſtis *d. l.* 10. *ſupr. de teſtib. d. l.* 10. *C. eod. d. l.* 20. § *quæ cunq; autem diximus* 3. *infr. h. t.* Ideò ut hoſce concilient, alij diſtinguunt, utrum lis ſit inter heredem ſcriptum & legitimos, an inter heredem & legatarium: Priori caſu teſtimonij dictionem admittunt, poſteriori adimunt *gl. in d.* §. 11. *verbo damus*, ubi *Nonius n.* 22. *Alex. conſ.* 177. *incip. Viſo themate n.* 9. *vol.* 2. *Steph. Aufrer. ad deciſionem Ioh. Corſerij Capellæ Tholoſanæ q.* 443. *n.* 2. *Gulielm. Meyner. ad l. quamdiu.* 89. *n.* 76. *de R. I.* Sed cum hîc non de futura judiciali contentione & probatione, verùm de præſenti legitima teſtamenti ordinatione quæratur, ut omittam, etiam in poſteriori caſu, legatarium removeri non poſſe, quod ſcriptus heres voluntatem teſtatoris improbare nequeat *Bald. hîc n.* 3. *Dauth. n.* 4. Ideò alij inter commodum directum, quod ex parte heredis, & inter commodum per conſequentiam, quod ex parte legatarij vertitur, diſtinguunt, *d. l.* 14. *infr. de reb. dub. Iuſt. Reuber. p.* 2. *n.* 2. *de teſtib. Hotom. hîc verbo in legatario.* Sed cum *d. l.* 10. *de teſtib. d. l.* 10. *C. eod.* non tantum generales ſint, & commodum ſecundarium complectantur, verùm etiam contrarium diſpoſitum legatur *in l. perſonæ* 20. *ex. de teſtib.* Ideò al j pro ratione afferunt, quod heredis inſtitutio palàm, legatum ſecretò fiat *Gulielm. Forner.* 2. *ſelect. ar.* 10. Sed cum neutrum ſatis conſtanter dicatur, nec textus contrarietas penitus tollatur, tacitè *Fornerium* ſtringit *Cujac.* 9. *obſ.* 37. *in fin.* indeq; *textum noſtrum hîc & d.* § 11. *nec non d. l.* 14. *de reb. dub.* de teſtamento in ſcriptis tantùm, in quibus omnia ſecretò ſcripta d[illegible] [illegible], ac [illegible] *hîc rub. de*

 teſtib.

testib. in testamento idoneis fol. 326. *col.* 1. *& seq.* Sed cum nec hoc satis constanter dicatur tum, quod testamenta sæpissimè palàm scripta sint *autore Cic. pro Milone ubi testamento à Cyro architecto palam facto se heredem institutum unà fuisse & testamentum obsignasse scribit*, tum etiam, quod testium idoneorum convocatio scripto & nuncupativo testamento communis sit, indeq; *d.* §. 11. generaliter, etiam ad testamentum nuncupativum, Dd. communiter extendant, *Vigl. in d.* § 11. *n.* 9. *Graß.* § *testamentum q.* 57. *n.* 14. ideò alij jus singulare in legatarijs & fideicommissarijs singularibus admittunt, & rationem in abundantem numerum conferunt *Alber. de Malet. p.* 1. *c.* 4. *n.* 54. *cum seqq. Vigl. d.* §. 11. *n.* 9. *Dauth. hic n.* 4. Sed omnium elegantissima mihi videtur diversitatis ratio, quod legatarius nihil ex suo testimonio revera, sed tantum ex aditione heredis, acquirat, indeq; heredem omnia proprio testimonio & propriâ aditione acquirere, incōveniens sit *Donel. 6. Comm.* 7. *vers. non geritur negocium*, cui addi potest, quod testamentum testibus confirmetur, & in legato modica saltem officij compensatio appareat *d. l.* 14. *de reb. dub.* Hinc patet ratio tertiæ limitationis, dum testes quoq; adhiberi possunt dictantes ✝ etiamsi aliquid ijs adscriptum sit *l. dictantibus* 22. *C. de testam.* ut maximè aliàs notarius vel scriba, sibi, vel ijs, in quorum potestate est, testamento quicquam adscribere prohibetur, nisi testator vel testes relictum specialiter exprimant *l.* 1. *& t. t. C. qui sibi aliquid adscribere &c. Renat. Choppin.* 2. *de morib. Paris.* 4. *n.* 4. *adde Gomez. Leon. decis. Hispal.* 54. *Hier. Magon. decis. Florent.* 53. *per tot. Anton. de Gama decis. Lusit.* 157. *per tot. lib.* 1.

Quartò deniq; nostrum axioma limitatur in textu hîc, 7. quo ad tutorem testamento datum ✝ ut is quoq; testis rectè in testamento adhibeatur. Dubium facit, quod tutor in causa pupilli testimonium perhibere nequeat *l. fin. supr. de testib.* cum

cum propter quasi dominium administrationis, causa ipsius propria videatur *l. qui fundum 7. §. si tutor 1. pro emtore.* Sed decidendi ratio est, quod non tempore testamenti, sed adita demum hereditate, tutor efficiatur *l. si nemo 9. supr. de testam tutel.* Hæc de ijs, qui ratione commodi & continentiæ causæ testes adhiberi permittuntur, vel prohibentur.

Prohibentur porro naturâ alij ob defectum judicij, unde in hoc princ. **impubes † in testamento testis adhiberi posse negatur** *l. hac consultissima C. de testam. §. testes autem 6. ubi Cuiac. in not. priorib. Borcholt. & Vult. n. 11. Inst. de testam. ordinand.* 8.

Præterea ob vinculum potestatis à testimonio perhibendo removentur, qui sunt in potestate testatoris, eaq; vel patria vel dominica, quod plurium una tantum videatur persona, *§. si quis 4. vers. ei qui Inst. de inut. stipul. Bl. hic n. 4. Alber. n. 4. & 5.* Unde *in hoc pr.* **filiusfamilias quoq; † in testamento patris non rectè adhiberi dicitur** *§. in testibus 9. Inst. de testam. ordin.* 9.

Ad § ne furiosus 4.

1. *Furiosus non potest adhiberi testis in testamento.*

QVæ circa pr. in fin. *huius l. 20.* modo de impubere dicta sunt, ijs rectè subijciuntur ea, quæ *hic* de furioso traduntur. Cum enim furiosus non sit mentis compos *per textum nostrum hic* & pro absente habeatur *l. ubi non voce de R. I.* & verò testes testamentarios animo & corpore præ-

 se .tes-

sentes esse oporteat *d. l. 20. §. veteres 8. h. t.* Ideò rectè *hic*
1. *furiosus* ✝ *in testamento testis adhiberi posse negatur.* Quod tamen hîc limitatur, ut quemadmodum ante furorem testamentum facere potest, *l. furiosum 9. C. qui testam. fac. poss.* ita quoq; ante furorem adhiberi testis possit *per textum nostrum hîc Hotom. 4. obs. 7.* itaq; ex tali testamento rectè dari dicitur bonorum possessio *l. filiusfamilias 16. in pr. h. t. l. 1. § si quis autem infr. de bonor. possess. secund. tabb.* Incidens enim furor actum ab initio ex omni parte perfectum non subvertit *l. 8. supr. de his qui sunt sui vel alieni jur.*

Ad § non tamen intelligentiam 9.

1. *Mutus & surdus testes in testamento adhiberi nes queunt.*
2. *Qui sermonis intelligentiam non habet, nihilominus testis adhiberi potest.*

AD remotos naturali ratione à testamentario testimonio
1. referri quoq; debet ✝ mutus & surdus §. *testes autem 6. Inst. de testam. ordin. Recess. Imper. Colon. anno 1512.* Neuter enim, quid actum sit, dicere potest: Surdus, dum nihil rei gestæ exaudiuit, mutus dum audita eloqui & sigilla recognoscere nequit *l. 1. §. fin. infr. quemadm. testam. aper. Heg tom. in d. §. 6. ubi VVesenb. n. 5. & 6. Vult. n. 12. & seq.* Hinc in pari causa videbatur esse is, qui sermonis intelligentiam non habet, ut maximè negocium, quod geritur, intelligere possit *arg. l. seq. in pr. h. t. l. coram 209. infr. de V. S. l. ubi non voce infr. de R. I. Hotom. hic in verbo non tamen.* Sed cum

cum sermonis ignarus de gestis per interpretem edoceri, edo- ctus de omnibus testimonium suo idiomate perhibere possit *Castr. hic n. 2. Hotom. in d. § 6. Inst. de testam. ordin.* rectè *in textu nostro hic* subjicitur, ***qui sermonis intelligenti- am non habet ✝ in testamento testis adhiberi potest.*** 2. *Paul. 3. sentent. 5. §. ex his.* Idq; D. Marcus de teste Latini idiomatis ignaro, rescripsisse *hic* dicitur, quia an- te Theodosium testamenta Latinè scribi oportebat *l. hac con- sultissima 21. C. de testam.* ulp. *in fragm. tit. 25. Cuiac. hic, Hotom. in verb. Latinè non noverat.* Quod ergò *in textu hic & apud Paulum tit. 5. vers. ex his &c.* dicitur *sufficere, si quis sensu percipiat, cui rei adhibitus sit*, illud ad hanc hypothesin restringendum est. Nec enim aliàs ad causam muti & surdi responderi posset, atq; ita opus non est, ut textum nostrum ad testamentum clausum, testibus oblatum, restringamus cum *gl. hic verbo sermonis Bart. n. 1. Bald. n. 1. Angel. de Perus. Alber. hic Dauth. n. 10.*

Ad § quacunq; autem diximus 3.

1. *Filiusfamilias in nullo negocio, quod patri geritur, testis esse potest.*
2. *Pater & filiusfamilias simul testes adhiberi possunt in extranei testamento.*
3. *Filius emancipatus in testamento patris testis esse potest.*

QVod *circà fin. ad pr. d. l. 20. h. t.* de filiofamilias dice- batur, illud ampliatur *in hoc §. 3* ***ut filiusfamilias*** ✝ ***in***

2. † *in nullo alio negocio, quod patri acquiritur, etiam extrà causam testamenti testis adhiberi possit* gl. *hic Bald. n.* 1 *Imola n.* 4. propter rationem ibi allatam, quod tamen de patriæ potestatis vinculo ibi dicebatur, illud limitari debet. I. Si potestatis vinculum † alium,
3. quàm testatorem obliget. Quo casu pater & filius vel duo fratres eiusdem potestatis in eodem testamento rectè adhibentur *l. ad testium 22. in pr. infr. h. t. §. pater* 8. *Inst. de testam. ordin. Eberh. Bronchorst. 4. assert.* 30. II. limitari debet quo ad emancipatum filium † vel fratres, qui ipsi quoq; in testamento patris vel fratris adhiberi possunt, quia *textus noster hic & d* §. 9. *Inst. de testam. ordin.* specialiter de filiofamilias loquuntur *Franc. Balduin. Steph. Bodaus Petr. Ligneus in d.* §. 9. *ubi Vigl. n.* 4. *&* 8. *Nonius n.* 13. *VVesenb. n.* 4. *Hotom. hic in verbo qui in potestate sunt*, facit, quod testatoris commodum hic non agatur *Alber. hic n.* 5. sed saltem de actu solennizando *Angel. de Perus. hic n.* 5. ut testatoris voluntas exitum reperiat *Vigl. in d.* §. 9. *n.* 8. *VVesenb. n.* 4. *contrà Bart. hic n.* 2. *Angel. Aretin. in d.* §. 9. *n.* 1. *& seqq. Plateam n.* 45. *Port. n.* 3. 8. 9. Quam sententiam communiter receptam tradit *Vigl. in d.* § 9. *n.* 4. *Clar.* § *testamentum q.* 55. *n.* 9. & fundatur *in l. idonei 6. supr. de testib. l. parentes* 5. *C. eod.* ubi domesticum testimonium reijcitur. Sed respondeti potest, causam testamentariam ab alijs distinguendam esse propter rationes antea adductas *Angel. de Perus hic n.* 5. *Vigl. in d.* §. 9. *n.* 8. Deinde pro communi adducitur *textus in d.* § 9. ubi in terminis pro ratione adfertur, *quod prohibitum sit ea in re domesticum testimonium.* Ergò cessante una causa, potestatis nimirum, non statim cessat altera, domesticitatis, quæ per se sufficiens est *d. l. 6. d. l.* 5. *Platea in d.* §. *n.* 9. *n.* 26. *ubi Ligneus in suis notis.* Sed rectè ex generali

nerali vocabulo, *domesticū*, per synecdochen generis, potestatis patriæ unionem, ceu speciem imperij domestici, colligimus *cum Theophilo, Vigl. in d.* §. 9. *n.* 8. *Dauth. hic n.* 6. *in fin.*

Ad §. *item per contrarium* 2.)

1. *Pater & filius invicem in testamento, militari privilegio facto, testes adhiberi possunt.*

TErtiò limitatur prædictum axioma in textu hîc, quoad testamentum militare. Si enim testator militari privilegio testamentum faciat, eo casu ipsius pater & filiusfamilias, & frater eiusdem potestatis ✝ testis adhiberi poterit *per text. nostr. hic, ubi Hugolinus in gl. verb. posse, rectè hunc intellectum proponit*, ut textus intelligat antemissionem, scilicet durante privilegio: atq; ita conciliat *d.* §. 9. *vers. sed etsi Accurs. in verbo post missionem ibid. ubi Franc. Balduin. Steph. Bodæ9, Petr.* Lign. *Nonius n.* 9. *Mynf. n.* 4. *VVesenb. Cuiac. in notis priorib. & posteriorib. & Borch.* Inst. *de testam. ordin.* Dubiū facit, quod militia non sit mod9 finiendæ patriæ potestatis *t. t. quib. mod. patr. potest. solv.* quæ tamē patria potestas testimonij dictionem adimit *per pr. huius l.* 10. unde *Hotom. in d.* § 9. *vers. sed etsi* Iustinianum in jure dubio, diversam à Marcello sententiam hîc comprobasse, adeoq; verba illa *post missionem* glossographi alicuius imperitia *in d. vers. sed etsi*, irrepsisse putat. Sed certitudinis causa, à recepta lectione recedendum non putamus. Nec obstat adducta dubitandi ratio. Etsi enim militia patriam potestatem generaliter non destruat: facit tamen, ut in castrensibus quoad testandum (id est, totum actum testamenti ordinandi) non attendatur *l.* 6. §. *fin. infr. de in-* 1.

justo rupto &c. Facit militum testamentum, naturali juri innixum, admodum favorabile & laxum *per pr. vers. quoq; enim modo Inst. de testam. ordinand.* Cum econtrà civile vnionis figmentum, civili ratione facilè tollatur §. *fin. Inst. de legit. agn. tut.* Deniq; pater, sive alius ex præmemoratis adhibitus testis in hisce terminis nihil acquirit: cum sine testamento intestati jure omnia obtinerent, ut taceam, Dn. Hotomannum *hic in verbo scribit posse* in Marcelli sententiam proniorem videri.

Ad § servus quoq; 7.)

1. *Servus in testamento testis adhiberi nequit.*

TAntum etiam de ijs, qui ratione patriæ potestatis à testamentario testimonio removentur. De ijs, qui ob dominicam potestatem reijciuntur *in textu hic* aliud traditur axioma: *Servus* † *in testamento testis adhiberi nequit* §. *testes autem, 6. Inst. de testam. ordin.* Quia testatio testamentaria est pars actus legitimi, familiæ nempe mancipationis *Hotom. hic.* Atqui servus, quoad jus civile, habetur pro mortuo, *per textum nostrum hic quod l. attinet de R. I.* Addit ICtus hic: Servum ne prætorij quidem edicti communionem habere: quia hoc jus civile sequitur *l. Servo 14. supr. de testib.* Nihil ergò facit, quod servi quandoq; in judicio testimonium admittatur *l. nullo 7. infr. ad L. Cornel. de fals. l. 1. infr. ad* L. *Iul. de annona.* quia hoc fit jure singulari, propter aliorum testium defectum, extra actus legitimos *Hotom. hic.*

Ad

Ad § *potestatis 1.)*

1. *Redemtus ab hostibus, ante precium dissolutum, testis testamento adhiberi prohibetur.*

AMpliatur prædictum quartum axioma hîc: *Ut ne redemtus + quidem ab hostibus ante preciũ dissolutum testis in testamento adhiberi posit,* 1.
quia donec redemtionis precium solvat, vinculo naturalis pignoris, tenetur redemtori, atq; ita habetur instar addicti, cuius conditio & status inter libertatem & servitutem quasi interiectus est *l. 2. C. de postlim. reverf. Hotom. hic.*

Ad § *eum qui 5.)*

1. *Damnatus l. Iulia repetundarum non potest adhiberi testis testamento.*

ET tantum de ijs, qui propter proprium commodum, mentis seu judicij defectum, & potestatis vinculum, à testimonio testamentario removentur. Removentur porrò nonnulli lege civili ob civilem rationem, & quidem I. judicio publico damnati *l. 2. l. qualitum 13. supr. de testib. Novell. 9. c. 1.* Atqui damnatus L. Iulia repetundarum judicio publico damnatus est §. *item Lex Iulia 9. Inst. de publ. judic.* Rectè ergò in textu hîc, aliud traditur axioma: *Damnatus L. Iulia repetundarum + non potest in testamento adhiberi testis.* 1.
Antecedens huius axiomatis, quod

M 2 attis

attinet, judicio repetundarum persequimur eos, qui in admi- nistratione sua publicam pecuniam in rationes non retulerunt *t. t. infr. ad* L. *Iul. repetund.* Consequens quod attinet, illud colligitur ex textu argumento à majori: Damnatus hoc judicio, non potest esse testis in publicis judicijs *l. repetundarum* 15. *supr. de testib. l.* 6. §. 1. *infr. ad L. Iul. repetund.* ubi tamen propter testium penuriam quivis etiam non rogati admittuntur *l. ad fidem* 11. *supr. de testib.* Ergò multò minus damnatus hoc judicio, in testamento testis adhiberi poterit, ubi maior copia testium, qui rogati tantum adesse debent *l. seq.* §. *in testamentis* 2. *h. t. Inst. Reuber. p.* 3. *n.* 10. *de testib. Hotom. hic &* 1. *obs.* 21. At repugnare videtur huic argumento *l. pen. vers. alijs verò C. de haeret.* ubi testamentarium testimonium permittitur, hæreticis, non permittitur judiciarium. Major ergò ratio habenda videtur testimonij judiciarij, quam testamentarij. Sed responsio in facili est, Ideò *in d. l. pen.* maiorem rationem judiciarij testimonij haberi, quia diceretur ab hæretico, h. e. hoste capitali, in Christianum hominem invitum, quod in hæretico ferre impium, cum nemo capitalem inimicum testem ferre debeat *c. quod suspecti* 3. *q.* 5. At testimonium testamentarium dicitur testatori volenti & approbanti, eoq; casu nulla afferri potest homini Christiano ab hæretico injuria. Quod verò hæretici, publico judicio damnati, testes in testamento nihilominus adhiberi possint: hanc habet specialitatis rationem, quod cætera delicta â scientibus dolosè committantur *l. illud* 3. §. 1. *infr. de iniur. l. qui iniuria* 55. *infr. de furt.* Atqui hæreseos crimen in errore tantum versatur *Dauth. hic n.* 8.

Ad

Ad § *mulier 6.)*

1. Mulier in testamento testis adhiberi non potest.

EX eo capite, quo damnatus L. Iulia repetundarum â testimonio testamentario remotus est, pendet prohibitio mulieris, de qua *in textu hic* aliud traditur axioma: ***Mulier in testamento testis adhiberi non potest*** 1. *§ testes 6. Inst. de testam. ordin.* Quia in actibus legitimis testes rogatos convenire oportebat *l. seq. § pen. infr. h. t.* Atqui rogatorum extremitates aurium apprehendebantur, quod in honesta matrona admittere dedecus. *Hotom. 3. obs. 14.* Nō ergò refert, quod aliàs in judicio mulier testis esse possit *per text. nostr. hic.* (ubi IC. à contrario sensu ita colligit: Damnata adulterij in judicio testimonium dicere specialiter prohibetur. Ergò in alijs casibus mulier generaliter admittitur. Ratio consequentiæ: quia frustrà prohiberetur damnata, si etiam non damnata esset intestabilis:) Quia actus testamentarij, ceu legitimi, â judiciarijs, in quibus nulla rogatione opus erat *d. l. ad fidem 11. supr. de testib.* distinguendi sunt *Hotom. hic in verbo argumento est.* Atq; ita responderi potest *Gell. 6. noct. 7.* ubi scribit: *nulli fœminæ testimonij dicendi jus fuisse*, videlicet, *in actibus legitimis.*

Ad § *veteres 8.)*

1. *Suprema contestatio quid?*
2. *Testatore ante supremam contestationem defuncto testamentum ne quidem in vim codicillorum valet.*

3. *Ad externam ordinationem requiritur suprema contestatio.*

4. *Testes durare debent, donec suprema contestatio peragatur.*

HUcusq; de priori parte *huius l.* 20. nempe de convocatione testium, quoad idoneitatem. Sequitur *hic* aliud requisitum externæ ordinationis, ipsa nempe suprema contesta-
1. tio, quâ testator ✝ coram septem testibus idoneis rogatis ultimum suum elogium, dispositionem illam esse, nuncupando exponit, & super ea re testium testimonium requirit *d. l. hac consultissima* 21. *C. de testam. Brisson. de formul. lib.* 7. *fol.* 653. *circa fin.* Cum enim legis actiones, uti quoq; est familiæ mancipatio, individuæ sint, & uno eodemq; tempore absolvendæ *Ulp. in fragm. tit.* 25. *Hotom. hic verbo suprema contestatio*, adeò, ut testatore ante hanc contestationem de-
2. functo, testamentum ✝ ne ut codicillus quidem valeat *l. fidei commissa*, 11. §. 1. *Infr. de legat.* 3. *Thom. Grammat. decis.* *Neapol.* 202. *n.* 5. non abstante *l. fin.* §. 1. *C. de codicill.* quæ de imperfectione solennitatis loquitur: Ideò rectè in textu hîc aliud traditur axioma: *Ad testamenti ordina-*
3. *tionem* ✝ *externam requiri, ut testator supremam contestationem peragat d. l.* 21. *C. de testam.* Deinde cum testamentum sit, non tantum testatoris contestatio, sed etiam septem testium testatio *l. si testamentum* 23. *infr. h. t. d. l.* 21. *C. de testam.* Rectè *in textu hic*
4. subijcitur aliud axioma: *Testes* ✝ *durare debere, donec suprema contestatio peragatur.* Quæ omnia, cum cuivis testamento communiter conveniant, non video, cur *textum hunc* restringere debeamus ad testamentum per æs & libram *uti voluit. Cujac. hic Dauth. n.* 10. *Ad*

Ad § sed si final.)

1. *Testamentum in quo testes inviti detinentur non valet.*

DVrare autem debent testes volentes, utpote rogati *l. seq. §. pen. infr. h. t. Auth. rogati C. de testib.* Cum autem actus voluntarius & necessarius inter se pugnent: rectè *in textu hic* aliud traditur axioma: *Testamentum, in quo testes inviti* † *detinentur, non valet.* 1.
Ratio in promtu est, quia præscripta ordinationis forma non est servata *Bart. hic n. 3. Angel. de Perus. n. 2. Castr. n. 5.* Videbatur tamen obstare argumentum à simili: Quod sicut coacta hæreditatis aditio jure civili heredem efficit, tametsi à prætore in integrum restitui possit *l. si mulier 21. § si metu supr. quod met. caus.* Ita etiam coacta testatio valere videatur, etiamsi testis restitui possit. Sed dissimilitudo in eo est, quod heres præter suam voluntatem institutus & adire coactus lædi possit: In teste autem cum nulla sit læsio, nulla quoq; eius erit restitutio *Hotom. hic in verbo putant non valere.*

Ad L. heredes palam 21 in pr.)

1. *Heres vel scribi vel nuncupari potest.*
2. *Testamentum aliud scriptum, aliud nuncupativum.*
3. *Nuncupare quid sit.*
4. *Nuncupativum testamentum ad prætoris edictum non pertinet.*

5. Ad

5. *Ad substantiam testamenti nuncupativi hodie non pertinet, ut testator testibus dicat, se sine scriptura testari velle.*

6. *Nuncupativi testamenti requisita.*

7. *In testamento nuncupativo heredum nomina ita pronuncianda sunt, ut à septem testibus exaudiantur.*

8. *Testamentum nuncupativum valet, si testator dicat,* quem scripsi in schedula, apud Titium deposita, mihi heredem esse volo.

9. *Testamentũ nuncupativum ad alterius interrogationem quatenus valeat.*

10. *Si plures quàm septẽ testes testamento nuncupativo fuerint adhibiti, sufficit septem exaudire nuncupationem.*

11. *Dictum testiũ unius per verbum* Nescio, non exaudivi &c. *non tollit alterius testis affirmationem.*

1. DVo *in hoc pr.* continentur I. *Heredem* ✝ *vel scribi vel nuncupari posse, per text. nostrum hic l.* 1. *§. institutum* 1. *inf. de hered. instit. l. jubemus* 29. *§. oportet* 6 *C. de testam.* atq; ita ab hac scriptione vel nuncupatione he-
2 redis, testamentum ✝ aliud dicitur scriptum, aliud nuncupativum *l. hac consultissima* 21. *§ per nuncupationem* 2. *C. de testam. § sed cum paulatim* 3. *&* *§ fin. Inst. de testam. ordin.* in tantum, ut si heres nuncupatus sit, & legata scripto relicta proponantur, nihilominus testamentum nuncupativum censeatur, & legata quasi ex codicillis debeantur *l. fin. infr. de jur.*
3 *codicill. Hotom. hic in verbo heredis.* Nuncupare ✝ idem est, quod una voce exprimere, vel nomina capere *Alciat.* 2. *pa-*
4 *rerg.* 32. Etsi verò testamentum nuncupativum ✝ ad prætoris edictum nihil pertineat *Cuiac. hic*, utpote, quod signacula, atq;

la, atq; ita in consequentiam scripturam quoq; præsupponit *d.* §. *sed cum paulatim Instit. de testam ordin.* tamen quoniam prætor secundum verba nuncupationis utilem bonorum possessionem pollicetur *l.* 2. *de bonor. poss. sec. tabb. Cuiac. hic Hotom. in verbo vel nuncupare*, ideò hæc materia ab hoc loco prorsus aliena non est, præsertim, cum minus principaliter hîc tractetur, utpote in eum finem, quo in sequentibus verbis commodius nonnihil de testibus testamentarijs agatur. Porrò licet olim ✝ ad testamentum nuncupativum requireretur, ut 5.
testator ab initio testibus exponeret, se sine scriptura testari velle, *Cuiac. hic*; tamen Iustinianus hoc sustulit *in l. in testamentis* 26. *in fin. C. de testam.* adeoq; hodie in dubio nemo in scriptis testari præsumatur *Alex. cons.* 10. *incip. super his n.* 5. *vol.* 7. nisi ex circumstantijs idipsum colligatur *Thom. Gramma. decis. Neapol.* 143. *n.* 6. *Ioseph. Ludov. decis. Perus.* 49. *n.* 22. & 25. Enimverò cum testamentum ✝ nuncupativum 6.
viva testatoris voce, & testium exauditione constet *l. fin. infr de jur. codicill. d.* §. *fin. Inst. de testam. ordin. Recessu* Imper. *Colon. anno* 1512. §. Weiter so ist auch *Guido Papa decis. Gratianopol. q.* 459. *Gomez. Leon. decis. Hispal.* 58. *n.* 1. *Thom. Grammat. d. decis. Neapol.* 52. *n.* 15 Ideo sequitur in textu hic secundum axioma: *In testamento nuncupativo* ✝ 7.
heredum nomina, ita pronuncianda sunt, ut à septem testibus exaudiantur per text. nost. hic d. l. hac consultissima 21. §. *per nuncupationem* 2. *d. l. in testamentis* 26. *d. l. jubemus* 29. §. *oportet* 6. *C. de testam. d. recess. Colon. anno* 1512. §. aber die form. Hinc interpp. circa hoc axioma secundùm nonnullas movent quæstiones, & quidem I. quærit *Br. n.* 8. An valeat institutio, si testator dicat ✝ 8.
quem scripsi in schedula, apud Titium fortè deposita, mihi heredem esse volo. Dubium movet nostrum axioma secundum,

N ubi

ubi heres palàm nuncupandus dicitur, ut à testibus exaudiatur. Sed hac ratione non obstante, respondit contrarium Papinianus *in l. asse toto 17. infr. de hered. instit.* Paria enim sunt certo nomine vel certa demonstratione heredem designare *l. nemo dubitat* 58. *infr. de hered. inst.* Nec movemur dubio ex textu adducto, quoniam ibi solum in genere habetur, heredem palàm nuncupandum, de modo, qui vel explicitus vel implicitus est, nihil habetur *Castr. hic n.* 2. Deinde ex iisdem verbis, cum heres palàm à testatore nuncupandus dicatur, 9. quærunt, an ob alterius interrogationem † *vis ne Titium heredem instituere?* testator affirmativè respondeat, institutio valeat: & affirmativam tenet *Afflict. decis. Neapol.* 134. *n.* 3. *Thom. Grammat. decis.* 73 *n.* 36. modò testator suam voluntatem nuncupando absolvat *Anton. de Cama decis. Lusit.* 221. *n.* 3. *lib.* 2. Sed cum hæc quæstio multis distinctionibus involuta latissimè tractata sit à *Menoch.* 4. *præsumt.* 8. *Gabriel. lib.* 4. *tit. de testam. concl.* 2. *Dauth. de testam. n.* 234. *Facbin. p.* 2. *controvers. lib.* 5. *c.* 69. consultò in eorum traditis acquiescendum in hoc loco censeo. Cæterum ut revertamur ad textum,

10. axiomati secundo loco tradito consequens est, si plures † quàm septem testes fuerint adhibiti, sufficere solennem, h. e. septenarium numerum nuncupationem exaudire *per text. nostr. hic l. si testamentum* 23. *infr. h. t.* Cum enim plures quàm septem testes testamento adhibiti non noceant *Paul.* 3. *sent.* 4. utiq; nec inaudita horum superfluorum testium nuncupatio testamento nocere poterit, cum superflua facta prodesse, juri tamen nocere nequeant *l. testamentum* 17. *in pr. &* §. 1. *C. de testam. Paul. d. tit.* 4. *vers. plures & ibi Cuiacius Hotom. hic in verbo si plures,* Itaq; testamenti complementum non tàm ex testatoris intentione, quàm ex juris regulis de testamento ordinando scriptis æstimandum erit *l.* 4. *supr. h. t. Dauth. de testam. n* 16. *& sic n.* 2. *versic. quarto dixit textus.* Ex hoc confecta-

consectario utiliter interpp. inferunt, si testis dicat, *se nescire* + *vel hoc, aut illud, non exaudivisse*, eiusmodi dictum non pu- 11.
gnare cum depositione alterius testis affirmativa, idq; *per hunc textum nostr. Bald. hic n. 3. Angel. de Perus n. 1. & 2.* Cum enim testium affirmantium maior habeatur ratio, quàm negantium *Bald. hic n. 6. Alber. n. 4. Castr. n. 7. late Gabrielius lib. 1. tit. de testib. concl. 4. n. 1.* multò major habenda erit ratio testium affirmantium, quàm planè non negantium, sed dubitantium tantum.

Ad § si quid post factum 1.

1. *Mutare, est antea non datum dare, vel datum adimere.*
2. *Si quid post factum testamentum mutare placuerit, omnia de integro renovanda sunt.*
3. *Ad declarationem obscurè dictorum vel scriptorum, omnia solennia repetenda sunt.*
4. *Legata post testamentum codicillis, sine solennitatibus testamenti, relinqui possunt.*
5. *Testamentum coram septem testibus, nudà voluntate, non revocatur.*
6. *Nisi testator expressè addat, se intestatum decedere velle.*

OCcasione testium in testamento adhibendorum, ICtus quædam de mutatione & declaratione testamenti infert. Cum enim mutare + propriè significet, quod prius da- 1.
tum non fuerat, nunc dare, vel quod antea datum fuerat, nunc

 adimere

adimere *per text. nostr. hic vers. nihil enim nunc dat, &c. arg.* *l. 1. §. fin. infr. de his, qui in testamento &c.* Ideò *in textu hic* tale traditur axioma: *Si quid post factum testa-*
2. *mentum ✝ mutare placuerit, omnia de inte-* *gro renovanda sunt:* Ait ICtus post factum testamentum, quia antequàm testandi actus consummatus est, mutatio concessa est *l. nihil prohibet 17. infr. de adimend. legat. Castr. hic n. 1. Hotom. in verbo post factum & cons. 54 n. 9. vers. neq. obstat.* In mutatione dandi ideò omnia solennia testandi repetenda sunt, quoniam sine illis testamento nihil dari potest *l. 4. supr. h. t.* In mutatione quoq; adimendi ideò omnia solennia repetenda sunt, quia ordini naturæ congruit, ut quid eo modo adimatur, quo datum est *l. nihil infr. de R. I. Domin. de Magdalenis in tract. de num. test. in testamento requisito p. 1. c. 16. n. 22. & seq.* Atqui testamenta certis solennibus tantum fiunt *d. l. 4. supr. h. t.* imò difficilius adimitur, quàm datur hereditas *d. l. 1. §. fin. infr. de his qui in testamento delentur.* Atq; hæc de ipso axiomate. Enimverò cum per declarationem obscurè dictorum vel scriptorũ nihil detur, vel adimatur, sed saltem datum vel ademtum significetur, & pla ius describatur *per text. nostr. hic vers. nihil enim nunc dat &c.* Ideò prædi-
3. cto axiomati consequens est: Ad declarationem ✝ obscurè dictorum vel scriptorum in testamento omnia solennia renovanda non esse, idq; *in textu* illustratur varijs exemplis. (ubi meminerimus errorem in corpore ideò excipi, quod is nullitatem importet *l. quoties 9. infr. de hered. instit.*) & argumento à minori: Licet post mortem testatoris de obscura eius voluntate coniectare alijs: Ergò multò magis ipsi testatori vivo obscurorum declaratio concedenda est. Antecedens illustratur tribus notabilibus modis, quibus testatoris obscuram

volunta-

voluntatem interpretamur I. ex vicinis scripturis *per text. hic in fine l. qui filiabus 17. infr. de legat. 1.* II. ex consuetudine patrisfamilias *per text. hic in fin. l. librorum 52. § quod tamen infr. de legatu 3. l. ex usu 10. infr. de tritico vel vino legato.* III. deniq; ex consuetudine regionis *per text. hic in fin.* Cæterum ut maximè hactenus dicta de mutatione & declaratione à testatore in testamento dictorum vel scriptorum olim generaliter obtinuerint, tamen legata quod attinet ꝑ, ut ea sine testamento, post factum tamen testamentum, codicillis dari possent, postea obtinuit *l. si quis 16. infr. de vulg. & pupill. subftit.* De hereditate sive potius de ipso testamento hodie acerrimè disputatur, utrum testamentum ꝑ nudâ voluntate, adhibitis septem testibus, revocetur. Et affirmat *post Bl. in l. sancimus 27. n. 2. C. de testam. Grass. §. testamentum q. 84. n. 2. Petr. Gregor. Tholos. p. 3. syntagm. lib. 44. c. 1. n. 7.* Moventur I. *per textum nostrum hic*, ubi tantum solennia ex integro renovanda dicuntur, & quod testamentū coram septem testibus ordinetur *l. si testamentum 23. infr. h. t.* II. quia nuda voluntas coram trib⁹ testibus declarata testamentum non tollit, nisi cursus 10. annorum accesserit *l. sancimus 27. §. 1. C. de testam.* Quo casu testamentum ipso jure expirat *Castr. hic n. 10.* quippe quod olim solo decennij lapsu testamentum subverteretur *l. 6. C. Theodos. de testam.* Ergò si 7. testes adhibiti fuissent, decennale tempus non desideratum fuisse videtur. III quia revocando testamentum, testator videtur dicere, se intestatum decedere velle. Atqui si quis dicat, se velle decedere intestatum, revocatio coram 5. testibus sustinetur *l. hac consultissima 21. in fin. C. de testam.* Sed hisce rationibus non obstantibus negativam tenet *Alex. in d. l. sancimus 27. n. 8. C. de testam. Domin. de Magdalenis d. tract. p. 1. c 17. n. 21.* eamq; communem dicit *Clar. § testamentum q. 91 n. 2. Simon de Pratis de interp. ultim. volunt. lib. 4. interp. 3. dub. 2.*

4 (margin, beside "attinet")

5. (margin, beside "nudâ voluntate")

1. (margin, beside "Sed hisce rationibus")

n. 51.

n. 51. & 54 Moventur I. quod in jure certi sint modi infirmandorum testamentorum definiti, inter quos hic non recensetur *§ ex eo autem 7. Inst. quib. mod. testam. infirm.* ubi sine distinctione testium adhibitorum, vel non adhibitorum, testamentum nudâ voluntate revocari generaliter negatur. Non obstat ergò prima dubitandi ratio, quoniam hereditas difficilius adimi, quàm dari dicitur *in d. l.* 1. §. *fin. infr. de his, qui in testam. delentur,* Facit quod omnia ex integro renovanda *in textu nostro hic* dicantur, si quis testamentum mutare velit. Atqui non sufficiunt nuda verba, & adhibiti septem testes, sed etiam facta alia accedere solent. Ergò ea ipsa, sive potius contraria, in mutatione intervenire debent, fortè cancellatio, discisio, inductio, litura etc. Deinde *ad d. l. sancimus* 27 §. 1. respondemus, textum illum alternativè de tribus testibus vel coràm actis loqui. Atqui apud acta testamentum sine testibus confectum valet *l. omnium* 19. § 1. *de testam.* & tamen nuda voluntate coràm actis testamentum revocari negatur *d. l. sancimus* 27. § 1. Ergò nec coram 7. testibus revocatio nuda, voluntate declarata, testamentum infirmat. Ratio consequentiæ est, quod solennitas 7. testium & ordinatio coram actis æquiparentur *d. l. omnium* 19. § 1. Deniq; ad tertium dubium respondemus *in d. l. hac consultissima* 21. § *fin.* casum specialem contineri, si nempe testamentum expresse
6 addat + se decedere intestatum velle *Alex. in d. l. sancimus* 27. *n.* 9. *Ioh. Dilectus de arte testandi tit.* 3. *caut.* 3. Quo casu cum legitimos heredes instituisse intelligatur *Bart. in l. si jure n.* 3. *infr. de legat.* 1. meritò in nostra hypothesi diversum erit statuendum, ubi hoc testatoris dictum expressum non præsupponimus.

Ad §.

1. *Testes, ad id rogati, operam dare testatori debent.*
2. *Testis vel Notarius ut fidem faciat, exprimere debet, se rogatum fuisse.*
3. *Testis, alterius rei causa rogati, non sunt idonei.*

DE testibus in testamento adhibendis aliud requisitum tali axiomate hîc proponitur: *Testes* ✝ *testamentarij ad id rogati, operam dare testatori debent.* 1.
per text. nostr. hic ubi gl. in verbo rogati Castr. n. 5. l. hac consultissima 21. in pr. C. de testam. l. fin. § fin. C. de Codicill. Hieron. Magonius *decis. Lusitan 46. lib. 1.* Ut ergò fidem faciat ✝ testis vel notarius, dicere vel scribere debet, Titium 2.
fortè testibus præsentibus, ad id rogatis, testamentum fecisse *Mantica de conjectur. ult. volunt. lib. 2. tit. 11. n. 15. Vasq. de success. creat. § 15. n. 80. vers. quartò limita,* aliàs si testis simpliciter dicat, Titium se præsente testamentum fecisse, non satis probat *Castr. hic n. 1. Maut. d. t. 11. n. 8.* quia in dubio testis rogatus non præsumitur *Cyn. in d. l. hac consultissima, 21. in pr. n. 1. Br. hic n. 5. Thom. Grammat. decis. Neapol. 52. n. 1. & 2.* quia rogatio hæc solennitas extrinseca est, quæ non præsumitur, *Alex. in l. sciendum 30. n. 37 & seq. infr. de V. O. Aegid. Magister arresto Parisiensi tit. de subhastat. c. 13. n. 1.* Enimverò ex præmemorato infert Sabinus IC. hîc: alterius rei causa rogatos ✝ non esse idoneos, quia non sunt 3.
rogati ad testamenti ordinationem, quod pro forma exigebatur *per textus antea allegatos.* Cum autem rogationis verbum æquè ad præsentes ac ad absentes, qui nondum convene-

runt,

runt, applicari possit: ideò Ulpianus hic, Sabini illationem (sine necessitate tamen ut vult *Hotom. hic in verbo, quod sic accipiendum*) ita declarat, testes rogatos non tantùm intelligi, si ab initio, sed etiam, postquam collecti sunt, admoneantur, se ad testamentum adhiberi, interrogenturq; num eius rei testes esse velint *per text. nostr. hic Recess. Imper. Colon. anno* 1512. idq; fiat testatore præsente *Iason. in l. servi n.* 40. *& seq. ubi Alciat. n.* 7. *inf. de legat.* 1. Nihil ergo facit *l. ad fidem* 11. *supr. de testib. ubi testis etiam non rogatus probare dicitur*, quia loquitur extra terminos legitimorum actuum, cuiusmodi est familiæ mancipatio *Bart. hic n.* 1. *Hotom. in verbo in testamentis in fin.* Nec refragatur *l. fin. §. fin. C. de codicill. ubi testis etiam in ultimis voluntatibus non rogatus probat*, quia loquitur in casu codicillorũ, qui actibus legitimis non annumerabantur. Atq; ita non immeritò reprehendimus eos, qui hodiè contra *d. l. fin. §. fin. C. de codicill.* testes semper rogandos esse volunt, ubi *Castr. hic n.* 5. *Molin. cons.* 31. *n.* 3. *&* 5. Nec enim eos juvat *Nov.* 90. *c.* 2. quæ specialiter de confectione instrumentorum loquitur: Quemadmodum & illi aberrant, qui textum nostrum strictius de testamento in scriptis tantum accipiunt, *ubi additio ad Castr. hic verbo rogatio.* ICtũ enim hîc nuncupativum testamentum non excludere, non tantum ex § *fin. ubi de generali requisito agitur*, sed etiam *ex pr. huius l.* 21. *ubi in specie de testamento nuncupativo tractatur*, colligitur, & concordat *d. l. hac consultissima* 21. § *per nuncupationem* 2. *C. de testam. d. l. fin. §. fin. C. de codicill.* adeoq; nostra interpretatio communis est *gl. in §. fin. verbo adhibitis ubi Vigl. n.* 7. *Inst. de testam. ordinand.*

Ad

1. *Uno contextu testari oportet.*
2. *Quid sit uno contextu testari.*
3. *Qui nam sint actus à testamento alieni.*
4. *Contractus an testamento celebrari possint.*
5. *An actus, natura vel casus necessitate interveniens, testamentum vitiet.*
6. *Testari quid significet.*

A Requisitis testium in testamento adhibendorũ, IC. Sabinus ad aliud requisitum, utriusq; testamenti, scripti & nuncupativi commune, delabitur, idq; tali axiomate complectitur: *Uno contextu* ✝ *testari oportet*, quia jure civili actus legitimos continuos esse decet § *sed cum paulatim* 3. *ubi Balduin. & Hotom. Nonius n.* 19. *Inst. de testam. ordin. l. continuus* 137. *infr. de V. O.* Cæterum axioma nostrum ambiguum est, adeò ut Ulpianum *hic*, non ritè illud interpretatum esse, innuere videatur Iustinianus *in l. cum antiquitas* 28. *in pr. C. de testam.* ubi dicit, *ex ea interpretatione innumeras natas esse concertationes.* Antecedens ergò quod attinet, ambigua sunt verba, *uno contextu*, ✝ ea interpretatur *Ulpianus hic*, ut significent, *nullum alium actum immiscere.* Rectius Iustinianus, *in d. l.* 28. *in pr.* actum testamentarium cœptum continuare *per d.* § *sed cum paulatim* 3. *Inst. de testam. ordin. l. hac consultissima*, 21. *in pr. C. de testam.* propter rationem antea allatam: Ex utraq; tamen interpretatione aliæ subortæ sunt dubitationes, & quidem ex Ulpiani, *qui nam sint* ✝ *actus alieni*: Respondet *idem Ulp. hic*, ad testamentum non pertinentes, h. e. testamento contrarij *Hotom. hic in verb. uno contextu*, unde subsumitur; contractus sunt actus testamento

O contra-

contrarij; quia continent alienationem inter vivos, & quidem
4. irrevocabiliter; Ergo contractus + non possunt testamento immisceri. Quam conclusionem nuper defendendam assumsit *Eberh. Bronchorst. 2.* [illegible] *29. post Vigl. in § sed cum paulatim 3 n. 4. & 5. Inst. de testam. ordin.* Contrarium tamen (contractum nempe & testamentum simul valere) tenet *gl. hic in verbo alienum circa fin.* quam ita accipit *Alber. in pr. hic Alex. n. 11.* idq; probare conantur tali argumento: Modica testamentum non viciant *l. testamentum 17. C. de testam.* Atqui contractus est actus modicus *l. 6. §. fin. infr. de duob. reis.* Verum cum *d. l. 17.* loquatur saltem de superflua cautela, & *in d. l. 6. § fin.* duorum reorum constitutio actum contrarium vitiet, adeoq; contrariumpotius probet, ideò alij rectius distinguunt, utrum contractus testamento sit extraneus sive contrarius, an verò ad testamentum pertinens, sive testamento consentaneus. Priori casu non quidem testamentum, sed tamen contractum valere putant *per textū nostrum hic d. l. cum antiquitas 28. in pr. C. de testam. d. l. qui duos 6. §. duo infr. de duob. reis,* Quam sententiam *Oldrado* tribuit *Albericus hic,* eamq; sequitur *Bald. hic n. 2. Castr. n. 7. Alex. n. 14. & in d. l. 28. in pr. n. 4. ubi Iason n. 6. Alciat. in l. 1. §. quis præsens n. 21. infr. de V. O. Duar. hic rubr. de testamento nuncupativo vers. superius cæpimus, Vasq. 3. de success. creat. §. 23. n. 4 Grass. §. testamentum q. 60. n. 2.* nec irritato testamento, contractum statim absq; mutuo partium consensu, si à præsentibus fuerit acceptatus, irritari tradit *Salicet. in d. l. 28. in pr. n. 2. Ludov. Roman. cons. 171. n. 7. Mant. de coniectur. ult. volunt. lib. 3. tit. 18. n. 11. & lib. 8. tit. 1. n. 36. Boër. decis. Burdegal. 353. n. 4. & 5. Anton. de Gama decis. Lusitan. 330. lib. 2.* Sed posteriori casu, si contractus testamēto consentaneus sit, h. e. ad testamentum pertineat, fortè si testator aliàs non eo modo testamentum fecisset *l. quidam 46. infr.*

infr. de hered. instit. aut nudam testatoris dispositionem contineat *l. non est mirum 26. supr. de pignorat. action. l. assignare 7. infr. de assignat. libertor. cum similibus*, rectè *cum ulpiano hic* statuunt, eiusmodi contractum non vitiare testamentũ, sed simul cum testamento valere *Bald. hic n. 2. Alex. n. 13. & seq. Castr. n. 7. Salic. in d. l. 28 in pr. n. 2. Ias. n. 3. & seqq. Duar. Graß. & Vasq. dict. locis Hotom. hic in verbo uno contextu Dauth. n. 37. Domin. de Magdal. in tr. de numero testium in testamento requisitiorum p. 1. c. 27. n. 25.* quia tales contractus, instar ultimæ voluntatis sunt, eaq; revocatâ, revocantur, *Mant. d. lib. 3. tit. 18. n. 13. Vasq. d. §. 23. n. 3.* Etsi autem hæc distinctio omninò cum textu nostro *hic d. l. 28. in pr.* congruat, tamen *gl. sententia* communiter obtinuit, testamentum videlicet propter actum momentaneum, adeoq; contractum quoq; quemcunq; non subverti *arg. l. quæ extrinsecus 64. infr. de V. O. Alber. hic n. 2. & ad rubr. C. de donat. n. 2. Cyn. in d. l. 28. in pr. n. 2. Bald. n. 4. Castr. n. 3. Salic. n. 2. Iason. Vigl. Graß. dict. locis. Loriot. de juris apicib. tit. de testam. ordin. axiom. 24. & seq. Domin. de Magdal. d. c. 27. n. 5.* Unde glossæ sententiam ad contractus modici temporis restringit *Angel. in l. hac consultissima 21. in pr. n. 4. C. de testam.* Hæc de interpretatione ulpiani & dubitatione inde exorta.

Porrò ex interpretatione Iustiniani *in d. l. 25. in pr.* oriebatur dubium, Quid si necessitate actus cœptus interrumpatur ✝: & cum necessitas legem non habeat, ideò Iustinianus actu naturali, & fortuito casu, testamento vitium adferri noluit *l. casus 8. d. l. cum antiquitas 28. in pr. C. de testam. Receß. Imper. Colon. anno 1512.* Hæc de antecedenti nostri axiomatis. Consequens quod attinet, æquè ambigua est phrasis, *testari oportet*, ✝ Aliquando enim usurpatur pro testium subscriptione & obsignatione, quæ continuo actu fieri debet, et- 5. 6.

O 2 iamsi

iamsi testamentum diu antea scriptum testibus offeratur *d. l. hac consultissima 21. in pr. C. de testament.* eaq; propter *Cuiacius hic in verbo uno contextu* textum nostrum ad testamentum nuncupativum restringit, cum tamen potius eo sensu soli testamento scripto, quod subscriptio & obsignatio eius testamenti propria sit, congruat. Sed rectius hic intelligimus testationem jure civili introductam, quæ testatoris denunciatione, & testium responsione absolvitur *per d. §. sed cum paulatim 3. Inst. de testam. ordin. Hotom. hic in verbo testari oportet.*

Ad L. ad testium 22. in pr. ¶

1. *Ex eadem domo, extranei testamento, plures adhiberi possunt.*

INsistit IC. ulpianus *in hac l. 22. tota* requisitis testium in testamento adhibitorum. Primum ergò axioma est repetitio primæ limitationis, ad axioma tertium *in l. qui testamentum 20. in pr. supr. h. t.* propositæ: *Ex eadem domo,*

1. † *extranei testamento, plures adhiberi possunt,* ut pater & filiusfamilias. *Alber. de Rosat. hic.* Dubium facit, quod idoneus testis non censeatur, cui testimoniũ imperari potest *l. idonei 6. supr. de testib.* Decidendi causa est, quod cum hîc agatur negocium alienum, suspicio violentiæ cessare debeat *§. pater 8. vers. quia nihil nocet Inst. de testam. ordin. Hotom. hic.* Nihil facit *l. is cui 18. in fin. pr.* ubi prodigus testis esse non potest ex ea ratione, quod testamenti factionem activam non habeat, quam nec filiusfamilias habet, *l. 6. in pr. supr. h. t.* Sed antea respondimus. IC. ulpianum.

num *in d. l.* 18. *in pr.* ad causam interdictionis respexisse, quæ fuit nequitia, adeoq; culpa prodigi, quæ in filiosfamilias, cui patria potestas saltem obstat, locum non habet *Castr. hic Dauth. n.* 11.

Ad § conditionem 1. ¶

1. *Testium conditio ex signati testamenti, non mortis tempore, æstimari debet.*
2. *Communis error non facit jus*
3. *Testem, etiam putativè habilem, sufficit.*
4. *Inhabilitas saltem testis probanda est heredi legitimo.*

SEquitur secundum axioma: *Testium conditio* ✝ 1.
ex signati testamenti non mortis tempore æstimari debet quia testamenti validitas ex testationis tempore judicatur *l.* 2. *l. si filius familias* 19. *supr. h. t.* Dubium facit I. quod alibi inhabilitas testis testamenti tempore existens, testamentum non subvertat §. *cum aliquis* 7. *Inst. de. testam. ordin. l.* 1. *C. de testam.* Sed in allegatis textibus putativa libertas ideò sufficit, non quod communis error ✝ jus faciat, uti voluit *gl. in d. l.* 1. § *omnium ubi Bart. in pr. Bald. n.* 1. *Alberic. n* 2. *Castr. n.* 2. *Alex. n.* 4. *Salicet. n.* 1. *Ludov. Roman. n.* 1. *Ias. n* 1. Sed quod Imperator Hadrianus, deinde Severus & Antoninus, pro Imperatoria autoritate, testamento, benignitate subvenerint, cum nihil testatoris circumspectioni imputari posset, dum facti error prudentissimum quemq; facilimè fallit *d.* §. 7. *Ludov. Rom. in d. l.* 1. *n.* 11. *n.* 2.

 bi Ias.

bl. Iason circa fin. Sichard. n. 9. & 6. Govean. 1. lection. 6. Cuiac. 10. obs. 13. Robert. 1. lect. 38. Hotom. in §. testes autem Inst. de testam. ord. ubi Vulteius in d. §. 7. n. 18. & ad l. barbarius 3. de offic. praesid. Petr. Perennon. 1. animadv. 18. Lopez. lib. singul. animadv. 6. Bronchorst 1. ἐναντιοφανῶν 7. Nihilominus hunc specialem casum in d. §. 7. & d. l. 1. propositum, favore testamentorum, interpretes ad omnes alias in-
3. habilitatis species extendunt, ut sufficiat † testem testamentarium signandi tempore verè, vel putativè saltem, habilem fuisse arg. l. 1. C. de Sacros. eccles. Sichard. in d. l. 1 n. 4 Bald. hic n. 1. Angel. n. 1. Alex. n. 1. Castr. n. 1. Cum tamen posi-
4. ta inhabilitate † praesumatur contra testem, & pro inhabili communiter reputatus censeatur c. 2. § testiu de testib. in 6. Rectè Dd. concludunt, sufficere, si inhabilitas allegetur & probetur Alex. in d. l. n. 2. Ludov. Roman. n. 9. Iason. n. 4. contra Bart. ibidem n. 4. & 2 seqq. ubi existimat insuper probandum, testem communiter inhabilem reputatum fuisse.

Porrò axioma nostrum iterum dubium facit, quod alibi tempus productionis inspiciendum dicatur l. 3. supr. de testib. l. 3. §. duae de Carbon. edict. unde pubes deponere potest de ijs, quae impubes vidit Bart. hic n. 4. Bald. n. 5. Iust. Reub. p. 2. n. 11. & seqq. de testib. Itaq; nodum huius secundi dubij difficilimũ exercitatissimum in Iurisprudentia quemq; facilè expediturum negat Duar. hic rubr. de testib. in testam. idoneis vers. sed hic incidemus. Etsi igitur ea occasione multas conciliationes quaerant & tentent Alex. Ludov. Roman. & Iason d. l. 1. C. de testam. de quibus etiam latè Dauth. hic n. 6. & seqq. tamen vera videtur solutio, in textu nostro hic agi de testibus ad substantiam & solennitatem actus requisitis, indeq; tempus celebrati actus inspiciendum esse Br. hic n. 2. Bl. n. 3. Castr. in pr. & n. 8. Nellus tr. de testib. n. 25. & seq. Mascard. concl. 1353. n. 18. vol. 3. Secus est in alijs casibus, de

bus, de quibus *d. l. 3. supr. de testib. cum similib.* ubi testes adhibentur ad probandum *gl. hic in verbo contigerint & in d. l. 1. verbo usq. adhuc ubi Iason n. 7. C. de testam. Alber. de Malet. in tr. de testib. c. 5. n.* 8.

Tertiò deniq; axioma nostrum dubium facit, quod mortis testatoris tempore inhabilis testis apud prætorem testimonium dicere nequeat. *Hotom. hic in verb. conditionem circa finem.* Sed decidendi causa est: quod testium testamentariorum depositio non sit nova probatio, sed prioris testificationis exsecutio, atq; recognitio *l. 4. & ibi gl. verb. recognoscere, infr. quemad. testam. aperiantur* cum testamento adhibiti suo officio functi censeantur, *textus expressus in l. si non 9. ubi Castrens. n. 7. C. de testam.* Deinde unius defectus aliorum numero suppletur. *Gabriel. lib. 1. tit. de test. conclus. 7. & 8.* cum testamentum etiam per duos testes probari possit, *argumento l. 2. § infr. de bon. possess. secundū tabb. Hotom. hic circa fin.*

Ad § si ab ipso 2.

1. *Testis signare potest annulo testatoris.*
2. *Tutius & receptius est, ut testes disertè exprimant, se alieno annulo usos.*

Sequitur hic 3 axioma: *testis + signare potest annulo testatoris:* quia non tantum proprio, sed alieno etiam annulo signare licet *§. possunt. 5. Instit. de testam. ord. si unus 12. in pr. C. de testam.* Dubium facit, quod non videantur 7. signa, sed unum duntaxat septies iteratum. 1.

Hotom.

Hotom. hic verb. qui alieno. Ratio decidendi est, quia sigilla non apponuntur ut per se testamento fidem faciant, sed ut testes apposita recognoscant, factaq; recognitione attestentur *d. l. 4. & ibi gl. in verb. recognoscere infr. quemadmodum testam. aperiantur Alberic. hic Alex. in d. l. 12. in princ. n. 3.*

2\. Etsi vero ✝ tutius & receptius sit, ut sigillans disertè exprimat, se alieno signasse annulo *Br. hic Angel. de Perus. n. 2. Salicet. in d. l. 12. in princ. n. 1. Alex. n. 3:* tamen nulla necessitate hoc fieri *textus noster* evincit & tenet *Vigl. in d. § post sunt 5. n. 5. Dauth. hic n. 9. in f.*

Ad § Si signa 3.

1\. *Signum à testatore turbatum nullum est.*

1\. SEquitur 4. axioma: ***Signum ✝ à testatore turbatum pro nullo est:*** quia signorum evulsio & detractatio argumentum est mutatæ voluntatis testatoris, *l. nostram 30. §. 1. C. de testam.* Si ab ipso testatore consultò fiat *l. 1. infr. de his qui in testam. delentur d. l. 30. § 1 C. de testam. Alberic. hic. Hotoman. in verb. ab ipso testatore* & quidem inter ordinandum, aliàs enim, si testamentum omninò perfectum sit, turbato vel detracto signo, testamentum nihilominus subsistere ipso jure, etiamsi ope exceptionis subvertatur, tradit *gl. hic in verb. turbata sunt, & in d. l. 30. §. 1. verb. non valere Bart. Alberic. & Castrens. hic.*

Ad

Ad § si quis ex testibus 4.

1. *Testium omnium subscriptio & obsignatio copulativè in testamento scripto requiritur.*
2. *Transactio pro completa habetur, etiamsi transigentes sua signa nondum apposuerint.*
3. *Instrumenta tabellionum non valent, nisi subscriptiones & consueta signa apposuerint.*
4. *Testes in fronte an in calce testamenti subscribant, nihil refert.*

SEquitur hic quintum axioma continens requisitum externæ ordinationis testamento scripto conveniens: *Testium omnium † subscriptio & obsignatio copulativè in testamento scripto requiritur.* *§. sed* 1
cum paulatim 3. Inst. de test: ordin. l. si unus 12. in pr. l. hac consultissima 21. in pr. C. de testam: Recess. Imper. Colon. anno 1512. Matth. Afflict. decis. Neapol. 166. Thom. Grammat. decis. Neapol. 25. n. 8. Dubium facit, quod levis solennitas *(de qua Iason in d. l. si unus 12. n. 3. & 2. seqq. C. de testam.) actum non viciet.* Sed responsio in facili est: levem solennitatem neglectam non nocere, si in vim probationis adhiberi debeat adde *Bologn. in l. nemo 55. n. 110. infr. de legat. 1.* Quoties verò ad solennitatem actus plura copulativè requiruntur, ut in nostro casu, toties unius requisiti omissio totum actum viciat. *Bl. Angel de Perus. & Castr. hic.* Unde infertur, factam transactionem † pro completa haberi, etiamsi trans- 2
igentes sua signa non apposuerint, *Modest. Pistor. cons. 35. q. 1. lib. 1. Danth. hic. n. 1.* Contrà tabellionum † instrumen- 3
ta aliter non valere, nisi subscriptiones & consueta signa apposuerint. *Br. Bl. Alber. & Castr. hic.* Illud quoq; addendum, parum referre † utrum testes in fronte an in calce te- 4.
stamenti subscribant, quamvis adusitatam loci consuetu-

P dinem

dinem meritò ſe accommodent. *Gomez. Leon. deciſ. Hiſp. 32. per tot.*

Ad § ſignum autem 5.

1. *Teſtes in ſubſignandis teſtamentis annulo ſignatorio tantum, characters habente, uti debent.*

2. *Negationem huic textui inſerendam non eſſe.*

3. *Ex conſtitutione Imperij alio ſigno, quàm annulo teſtes in obſignandis teſtamentis uti poſſunt.*

1 SEquitur hic ſextum axioma: *Teſtes*[1] *in ſubſignandis teſtamentis annulo ſignatorio tantum, charactera habente, uti debent. per text. noſtr. hic §. poſſunt autem 5. Inſt. de teſtam. ordin.* Hæc locutio, etiamſi veriſ-
2 ſima ſit, nihilominus particulam[†] negativam textui noſtro inſerendam putat. *Baro hic Hotom hic & 1. obſ. 21. poſt Connan. 9 Comm. 2. n. 1. VVenſenb. Vult. num. 135. ad d. §. poſſunt autem 5.* Atque ita non tantum ſigillo, ſed etiam quovis ſigno teſtes in ſubſignatione teſtamentaria uti poſſe tradit. *Br. & Angel. de Peruſ. hic.* Fundamenta eorum ſunt I. quod IC. Ulpianus hic non agat de forma Geometrica quadrata, rotunda, &c. Sed tantum de ſigno charactera habente. II. quod non tantum proprio ſed & alieno ſigno teſtibus uti conceſſum ſit. *d. §. poſſunt autem 5. Inſt. de teſtam. ordin* Denique quod aliàs textus non cohæreat, ſed genuino ſenſu deſtituatur. Cæterum affirmativam lectionem, prædictis non obſtantibus, retinet. *Ludov. Roman. hic & Cujac.* itemque *14. obſerv. 11. Robert. 1. lection. 21. Ræuard. 3. varior. 1. n. 9. 10. & 11.* Utitur ergò IC. Ulp. hic Argumento

gumento ex loco diversorum desumto. Etsi homines variè signare consueverunt; tamen ad subsignanda testamenta annulus tantum signatorius, charactera habens, requiritur. *Dauth. hîc n.12.* Ratio ergò dubitandi à ICto allegatur hæc, quod homines variè signare soleant. Sed hac ratione non obstante, cum varietas testamento periculosa sit, unumquemque testem annulo saltem signatorio, non alio, si fortè testis aliud signum alioqui usurpare solitus sit, uti debere contendit *Brisson. 6. de form. P.R. fol. 571. Plin. 33. natur. histor. 1.* Cæterum hodie † dubitare non debemus, quin testes non tantum annulo signatorio, sed etiam alijs signis in testamentis obsignandis uti possint, atque ita Dd. in contrariam partem allegatorum sententia obtineat, non quidem propter eorum autoritatem, sed quod ea sententia confirmata sit. *per d. Recess. Imper. Colon. anno 1512.*

Ad § posse & nocte 6.

I. Testamentum noctu quoque signari potest.

SEquitur hîc septimum axioma: **Testamentum** † **noctu quoq; signari potest.** Dubium facit, quod testes testatorem videre debeant. *l. si non speciali 9. C. de testament.* quod nocte non ita fieri posse videtur. Sed cum testis, qui noctu se aliquid vidisse dicit, ceu falsarius puniatur, nisi lumen accensum fuisse probet. *Bl. in d. l. 9. n. 1. Ias. n. 10. Crot. p. 7. n. 175. de testib.* nec contractus nocte celebratus obtineat, nisi tribus luminaribus accensis. *Dauth. hic n. 13. lit. A.* utique hoc fortius in testamento ceu maioris præjudicij statuendum erit. *arg. l. 1 § tria luminaria sup. de vent. inspic. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 113. n. 4. & 5. Petr. Ioh. Ancharan. q. 11. n. 8. & 9. lib. 2.*

Ad §. signatas fin.

1. *Signato linteo, quo tabulæ testamentariæ involutæ sunt, ipsæ tabulæ signatæ intelliguntur.*

1 SEquitur hîc octavum axioma: *Signato linteo*[1] *quo tabulæ testamentariæ involutæ sunt, tabulæ ipsæ signatæ intelliguntur. l. hac consultissima 21. in pr. ibi vel tantum inclusam involutamque C. de testam.* Dubium facit, quod ad retundendos falsarios tabulæ ipsæ pertusæ, ac ter lino trajecto obsignari debeant. *Paul. 5. sentent. 25. Sueton. in Nerone c. 17. Brisson. 6. de form. pop. Rom. fol. 571. & lib. 7. f. 655. Hotom. hîc verb. Linteo.* Ratio decidendi, quod testamentum non tantum clauderetur, sed etiam involveretur, linoque ter vel quater circumducto ligaretur. *l. 3. §. aperire eum seqq. inf. ad SC. Syllan. l. pen. §. 1. C. de testam. Conan. 9. Commen. 2. n. 4. Revard. 3. varior. 1. Duar. 1. disput. 30. Cuja. 14. obs. 11.* Ideoque obsignato continente ipsum contentum obsignatum intelligitur *Br. Bl. Alber. Alex. & Castr. hîc.*

Ad L. si testamentum 23.

1. *Testamentum resignatum, iterumque septem signis munitum valet.*
2. *Testes etiam alij, quam ab initio obsignarunt, idonei sunt.*
3. *Ad testimenti ordinaitonem requiruntur septem testes.*
4. *Notarius sub septem testibus comprehenditur, si subscribat & obsignet.*
5. *Septem testes fuisse adhibitos, probari potest duobus testibus, vel etiam instrumento.*
6. *Statuto admitti possunt pauciores testes.*

7. Iure

7. *Iure Canonico sufficiunt duo vel tres testes; cum Presbytero parochiali.*

8. *Ius civile in hoc puncto non est correctum per ius Canonicum.*

9. *Rogatio & testium idoneitas jure Canonico non sunt remissæ.*

10. *In testamento secundum regulas juris singularis ordinato, non requiruntur septem testes.*

PRoponitur hic aliud axioma ad testium in testamento 1 adhibitorum considerationem pertinens. *Testamentum resignatum*[+] *iterumq; septem testium signis munitum valet.* Dubium facit. 1. quod sola signorum turbatio testamentũ vitiet, ut omnes solennitates de novo sint repetendæ *l. proximè præced.* 22. §. *si signa* 3. Per resignationem autem signa revelluntur, linumq; inciditur, quo facto testamentum rumpitur *l. pen.* §. 1. *C. de testam.* Decidendi causa est quod quemadmodum in explicatione *d.* §. *si signa.* 3. dixi, intentio testatoris attendenda sit. Si enim rumpendi causa testamentum testator resignaverit, tunc procedit dispositio *l. pen.* §. 1. *C. de testam.* At in nostro casu resignatio fit saltem relegendi, recognoscendi, vel fortè mutandi causa. *Hotom. hic in verbo resignaverit.* Deinde dubium movet, *l. prox. præced.* 22. §. *si quis* 4; *d. l. hac consultissima* 21. *in pr. C. de testam.* Vbi testium subscriptio & obsignatio copulativè & uno contextu fieri debet. Atqui nostro casu subscriptio aliquandiu sine obsignatione fuit. Sed decisio ex textu nostro in fine petenda est: valere nempe ejusmodi testamentum neutro jure separatim considerato, sed in favorem testamenti, utroque conjuncto, civili quidem propter præsentiam & subscriptionem, prætorio, propter obsignationem testium §. *sed cum paulatim* 3. *Inst. de testam. ordin. arg. l. Gallus* 29. §. *ille casus.* 15. *inf. de liber. & posth.*

posth. Hot. hic in ver. resignaverit circa fin. An autē eorundē
2 testiū † qui ab initio obsignarūt nova obsignatio requiratur
dubitari potest. sed cum ICtus Vlp. generaliter loquatur,
etiam alios testes adhiberi posse putamus, *cum Hotom. hic
verb. septem testium.* Ex hisce discimus aliud testium requi-
3 situm, nempe solennem eorum numerum † esse septena-
rium § *sed cum paulatim 3. junct. §. fin. Inst. de testam. ordin.
§. non tamen 6. Inst. quib. mod. testam. infirm. d. l. hac con-
sultissima 21. in princ. C. de testam.* ne quid fraudis incur-
rat, sed perfectissima veritas reveletur *l. fin. § cum enim
C. de fidei commiss. Vasq. 2. de success. creat. §. 12. n 1. & 2.* De-
inde utiliter hic quæritur; an præter septem testes Nota-
4 rius requiratur. Arbitramur, Notarium † sub septem
testium numero comprehendi, qui si manu sua subscri-
pserit, suoq; signo testamentum muniverit, octavi testis
subscriptionem & sigillationem non requirimus *d. Recess.
Colon. an. 1512. vers.* vnd sollen die Notarien *Renat. Choppin.
2. de morib. Parisior. 4 n. 4. Daniel Moller. 4. semestr. 15.* Hæc
5 verò solennitas testamenti † duobus tantum testibus, vel
etiam instrumento probari potest. *Guido Pap. decis. Gra-
tianopol. q. 331. Franc. Vivius decis. 5. num. 1. & seqq. lib. 1.
Mandell. cons. 101. num. 7.* Cæterum cum septenarius nu-
merus saltem sit extrinseca solennitas testamenti. *Bald. in
6 l. 1. n. 54. C. de Sacr. eccles. Covarr. in c. cum esses 10. num. 8.
extr. de testam.* Ideò non tantum statuto † minui potest.
7 *Gabriel. lib. 4. tit. de testam. concl. 4 Myns. 5. obs. 20. Gail. 2. obs.
123* Sed etiam jure canonico † testes duo vel tres cum Pres-
bytero parochiali sufficiunt. *d. c. cum esses 10 extr. de testam.
Vasq. 3. de success. creat. §. 22. num. 27. Mascard. concl 1352.
8 num. 27. & seqq. volum. 3. de probat:* quod in terris ecclesiæ
tantum obtinet † cum jus civile confirmatum sit per Re-
cessum Imperij Colon: anno 1512. *Alciat. in l. 1. num. 12.
C. de sacr. eccles. Covarr. in d. c. cum esses num. 12. Tholosan. c.*
5. Lib.

5. Lit. D. extr. de testam. Guido Pap. decis. Gratianopol. 543. Boer. decis. Burdeg. 93. num. 2. & 3. Hieronymus Laurentius decis. Rota Avenionis 71. num. 1. Hieronymus Magon. decis. Lucens. 32. n. 5. Alvarus Valascus decis. Lusitan. 74. num. 9
7. Daniel. Moller. 3. Semestr. 14. Fachin. p. 2. controv. lib. 6. cap. 47. circa fin. Deinde jure Canonico cæteræ solennitates † puta testium idoneitas & rogatio remissæ non censentur. *c. relatum extr. de testam. Hieronymus de Lauren* 10
d. decis. 71. num. 6. contrà Vultei. ad §. sed neque 4. num. 21. Inst. de testam. ordin. Denique quæ de septenario testium numero † dicta sunt, accipi debent de testamento ordinato secundum regulas juris communis. Itaque hoc jus variè limitatur in alijs testamentis ordinatis secundum regulas juris singularis, de quibus dixi *in disputat. univers. success. 3. per tot.*

Ad L. unum testamentum 24.

1. *Unius testamenti plura possunt esse exempla, singulaque ritè consignata valent.*

2. *Scripturis discrepantibus ad Notarij protocollum decurritur.*

3. *Duo testamenta conjugum uno Codice scribi possunt.*

PRoponitur in hac l. 24. testamenti accidens fortuitum tali axiomate: *Unius testamenti † plura possunt esse* 1
exempla, singulaq; ritè consignata per se valent.

§. sed

§. *sed & unum* 13. *Inst de testam. ordin. l. fin inf. de his quæ in testam. delent. l. 11. §. si quis duobus inf. de bon. possess. secund. tabb.* idq; consultò, si propter imminens periculum in diversis locis testamentum deponendum videatur *per text. nostr. hic arg. pr. vers. Trebatium suasisse Inst. de codicill.* Dubiũ facit, quod pagani, ut una hereditas, unũ duntaxat testamentũ esse possit *l. heredes 25. §. si miles. 1. sup. famil. hercisc. l. Iurisperitos 30. §. oriundus 1. sup. de excus. Tutor.* Decidendi causa est, quod hoc casu ratione voluntatis seu dispositionis, quæ potissimũ attenditur testamentum duntaxat unum sit in pluribus subjectis *l. locum. 3. §. 1. inf. de tabb. exhibend. d. l. fin. inf. de his quæ in testam. del. d. l. 1. §. si quis inf. de bon. poss. sec. tabb.* Quoties tamen scripturæ discrepant † ad Notarij protocollum decurritur *Fr. Marc. decis. Delphin. p. 2. q. 163. n. 9. & 10.* Quemadmodum

2 ergò unum testamentum pluribus codicibus, ita duo testamenta † conjugum uno codice scribi possunt *Angel. & Cuja. hic Bl. in l. licet 19. n. 1. Salic. n. 1. Castr. n. 2. Ias. n. 3. C. de pact.*

3 *Mynsi. 1. obs. 8. Peck. de testament. conjug. c. 43. Franc. Marc. decis. Delphin. p. 2. q. 166. num. 1. Alvarus Valascus decis. Lusitan. 7. per tot. Anton. de Gama decis. Lusita. 158. lib. 2.* modò utriusque conjugis nomine separatim subscribatur & consignetur, *per ea quæ tradit Gail. 2. obs. 117. n. 12. & 3. Grass. §. testamentum q. 90.* nec maritus sua manu in uxoris testamento se heredem scribat *Anton. de Gama decis. Lusitan. 131. lib. 2.*

Ad L. si quis cum testamentum 25.

1. *Plures heredes nominaturus, si primis nominatis obmutuerit, eius testamentum nullum est.*
2. *Probandi onus incumbit hoc casu legitimis heredibus testamentum impugnantibus.*
3. *Ex eiusmodi testamento legata non debentur ne quidem inter liberos, vel ad pias causas.*

4. Omi-

4. *Omissæ substitutiones, legata, tutorum dationes, non vitiant testamentum.*

Cum testamentum sit justa sive perfecta h. e. plena & integra voluntatis nostræ sententia. *l. 1. in pr. sup. h. t. gl. hîc in verb. voluisse Hotom. hîc in verb. Servium respondisse.* Ideò huic consequenter tale axioma hîc proponitur. **1**

Plures hæredes † nominaturus, si primis nominatis obmutuerit, ejus testamentum nullum est.

Dubium facit, quod hæredis institutio testamentū absolvat *l. 1. inf. de hered. instit. l. 7. C. de testam.* quæ institutio hîc non desideratur. Sed decidendi causa est, quod plena institutio non sit, ubi testatorem plures heredes nominare voluisse constat, ut in nostro casu cōstare præsupponimus, atq; ita probandi onus † legitimis heredibus testamentum impugnantibus imponimus *per text. nostr. hîc ibi, constat voluisse, ubi Hotom.* putat, probationem admitti per præsumtionem, si fortè testator non omnes asis partes complesset. Quod nullatenus admittendum censeo, cum lex eo casu benigniùs de testatore præsumat, nempè eum vacantes portiones definitis accrescere voluisse §. *videamus. 7. Inst. de heredib. instit. l. interdum. 13. § 1. & 2. inf. eod. tit.* Aliter igitur testatoris voluntatem imperfectam probet heres legitimus oportet, fortè, si testatòr dixisset, se quatuor heredes instituturum, & duobus nuncupatis, vel adjectis verbis, item instituo, obmutuisset. *Castr. hîc n. 1. Menoch. 4. præs. 5. n. 1. & seqq.* Enimverò obijcitur textui nostro *l. jubemus. 29. §. quod si non fuerit. 4. C. de testam.* ubi testamentum saltem vitiatur quoad heredes omissos, & sustinetur quoad scriptos. respondet *Hoto. hîc in verb. Servium respondisse,* textum nostrum hîc loqui de testamento nuncupativo, quod verum est ibi: *heredibus primis nuncupatis:* Sed *d. l. 29. §. 4.* loqui de testamento scripto, quod nullo modo sustineri potest. Agit enim de utroque testamento ibi: *scri-* **2**

Q *ptura*

ptura vel voce coram testibus nuncupatum. Itaque rectius *d l. 29.§.4.* non de imperfectione voluntatis, ut in textu nostro hîc, sed solennitatis DD. communiter accipiunt teste Ias. *in d. §.4.n.9.* quia testator, cum facultatem faciendi ea, quæ destinaverat, habuerit, nec tamen fecerit, faciendi propositum abiecisse putatur *Dauth. hîc n.4.lit. B.* Minus facit *l. hac consultissima 21. §. si quid autem 3. vers. nisi fortè C. de testam.* præterquam enim, quod ibi quoque tantum ratione solennitatis extrinsecæ testamentum imperfectum sit, ius illud totum singulare & extraordinariũ est, nec testamentũ appellatur, sed ultima intestati voluntas *Hot. hîc in verb. Servium respondisse in fin.* Ampliatur porrò nostrum axioma.

3 ma. I. ut ex ejusmodi testamento† nec legata debeantur, nec testamentum in vim codicillorum valeat, etiamsi cõdicillaris clausula sit adjecta *per text. nostr. hîc l. ex ea scriptura 29. in pr. infr. h. t. l. fidei commissa 11. §.1. infr. de leg. 3. glos. hîc verb. non futuros circa med. Castr. num. 1. & 2. seqq.* II. etiamsi testamentum inter liberos sit *per text. jam alleg. Br. Angel. Castr. & Cuja. hîc Salic in d. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto 2. nu. 7. C. de testam. Clar. §. testamentum q. 9. Grass. §. testamentum q. 12.* III. etiam si testamentum ad pias causas sit per *jura antea adducta Angel. hîc Castrens. nu. 3. Clar. d. §. testamentum q. 19. Dominic. de Magdal. in tr. de num. test. in testam. requis. p. 2. c. 5. n. 2.* Limitatur tamen nostrum axioma quoad substitutiones, legata,

4 & tutorum dationes, vt nempe † ijs nondum adjectis testamentum nihilominus sustineatur, quia saltem externa sunt testamenti accidentia, quæ sine destructione subjecti ad esse vel abesse possunt per *pr. Inst. de vulg. substit. Hotom. hîc in verb. priusquam secundos heredes.*

Ad

Ad L. cum lege 26.

1. Lege intestabilis nec testimonium dicere, nec ei testimonium dici potest

LEge intestabilis esse jussus [+] nec testimonium dicere, nec ei testimonium dici potest: *per text. nostr. hîc l. is cui 18. in pr. & § sup. h. t.* Cui consequens est, eum nec testamentũ facere posse. *d. l. 18 § 1.* Atqui mente captus furiosus, filiusfamlias, hæreticus non sunt intestabiles *Duar. hîc rubr. de his qui testam fac. poss. vers. præterea ad hunc locum pertinent Dauthlerus hîc num. 1.* Requiritur enim, ut quis delictum vel culpam admiserit *d. l. 18. in pr. & § 1. sup. h. t.* & insuper lege intestabilis esse jussus sit, *per text. nostr. hîc.* quod cum conjunctim de prædictis personis dici nequeat, mirum videri non debet, quod partim testimonium dicere, partim ipsis testimonium dici posit. Atque ita evitantur omnes objectiones, *quas gl. hîc in verbo putant Br. & Dd. contra hunc text. movent.* 1

Ad L. Domitius 27.

1. Rogatus ad scribendum testamentum obsignare idem ut testis potest.

2. Seniores quidam ICti in juniores sunt morosiores & duriores.

TRaditur hîc aliud axioma, ad testes testamentarios pertinens: *Rogatus ad scribendum testamentum*
1 † *obsignare idem, ut testis, potest.* Dubium facit, quod nemo in re sua, cujusmodi est scriptura nostra, idoneus sit testis §. *pater 8. in fin. Inst. de testam. ordin.* Deinde quod distincta sint officia scribentis & attestantis. Deniq; quod alterius rei causa rogatus testis esse nequeat. *l. heredes 21. §. pen sup. h. t.* Sed decidendi ratio est, quod etsi scriptura scribentis, negocium tamen in ea comprehensum testatoris & heredis sit. §. *sed neque 10. vers. quia hoc totum Inst. de testam. ordin.* Deinde quod officia scribæ & testis sint compatibilia. *Angel. hîc* Deniq; quod rogatus ad scribendum testamentum non censeatur alterius rei causa rogatus, cũ utrumq;, scriptio nempe & attestatio ad testamentum pertineat. *Hotom. hîc in verbo Domitius.* Et hæc hodie rectè ad Notarium quoque applicantur *gl. hîc in verbo adhibitus & monui in l. si testamentum 23. circa fin. sup. h. t.* Requiritur tamen. I. Ut rogatus sit vel saltem ad testamentum scribendum *Br. Angel. & Castr. hîc.* II. Ut non tantum obsignet, sed etiam subscribat. *l. ad testium 22. §. si quis 4. sup. h. t.* III. Ut testamentum probetur per testes, non per instrumentum. *glos. in l. hac consultissima 21. verbo octavum ubi Cyn. n. 5. Br. n 3. Alber. n. 3. Angel. n. 6. Salic. n. 7. Castr. n. 3. Alex. n. 12. C. de testam. Mascard. concl. 1352. n. 55. vol. 3. de probationib.* quia aliàs ad instrumenti confectionẽ unicus testis sufficeret, quod est *contrà Nov. 90. c. 2. Bl. hîc n.*
2 *2. Castr. n. 2.* Postremò IC. Iuventius Celsus pater † ideò acerbius Domitio Labeoni respondit, non quod quæstionem Domitij Labeonis non intellexerit, *ut Bart. hîc putavit,* nec quod Iurisconsulti sæpè sint de genere vili & rustico & consequenter arrogantes, aut quod responderit ICto, cui turpe sit professionem, in qua versatur, ignorare. *l. 2. § Servius sup. de O. I. uti voluit Alber. hîc.* Sed quod Iuventius Celsus pater Hadriani temporibus, quibus Domitius

mitius Labeo juvenis exoriebatur, esset senex morosus, & procul dubio Domitij Labeonis Præceptor, cui increpatio durior studiorum causa honori potiùs, quàm vitio verti debet. *Hotom. hîc in verbo Domitius circa med.*

Ad L. Servus 28.

1. Servus testatore jubente testamentum scribere potest.

1 *Servus† testatore iubente testamentum scribere potest:* dubiũ facit, quod servus ab actibus legitimis removeatur. *l. quod attinet de R. I.* testamenti autẽ scriptio videatur act9 legitimus. Deinde quod servus prohibeatur esse notarius. *l. generali 3. C. de tab. lib. 10.* Decidendi causa est, quod testamenti scriptura privata sit. *gl. hîc in verbo prohibetur Dauth. n. 1.* Unde à testatore ipso scribi potest. *l. 2. C. de testament.*

Ad L. ex ea scriptura 29. in pr.

1. Testamentum ratione voluntatis imperfectum verbis precarijs non sustinetur.

1 *Testamentum† ratione voluntatis imperfectum, precariis verbis non sustinetur. l. fideicommissa 11. §. 1. infr. de legat. 3. l si veritas 23. l. ex testamento 29. C. de fidei commiss.* Qua de re dixi ad *l. si quis cum testamentum 23. sup. h. t.*

Ad § idem respondit 1.

1. Testamentum ratione solennitatis imperfectum per codicillarem clausulam sustinetur.

1 *Testamentum† ratione solennitatis imperfectum, per codicillarem clausulam sustinetur. l. 3. infr. de milit. testam. L. Lucius 89. §. fin. inf. de legat. 2. l. si*

jure 11. C. de testam. l. fin. C. de codicill. non tantum quoad legata & fidei commissa, uti voluit. *Accurs. hîc in gl. in verbo ex his verbis*, sed etiam quoad institutionem, ut nempe tota hereditas jure fideicommissi ab intestato peti possit *per text. antea allegatos*. Ejusmodi codicillaris clausulæ formula hîc talis refertur : *Testamentum meum volo firmum esse per omnem potestatem* , ut Græcum textum de verbo traduxit. *Alciat. 2. dispunct. 19.* Objicitur autem huic textui *l. fin. infr. de jur. codicill.* quæ tamen loquitur de codicillis testamenti nuncupativi, tanquam ejus appendicibus. Deinde *l. in testamento 38. infr. de fideicommiss. libert.* quæ tamen causam piam, adeoq; juris singularis continet. Denique *l. Titia 13. supr. de inoffic. testam* quæ tamen hanc habet rationem, quod testator, cujus testamentum per querelam inofficiosi subvertitur, censeatur instar furiosi : furiosus autem, ut testamentum, ita codicillos quoque facere prohibetur. *l. 2. §. 2. infr. de jur. codicill. l. 5. C. de codicill. Hotom. hîc.*

Ad L. penult.

1. Singuli testes proprio chirographo annotare debent, qui & cuius testamentum signaverint.

AD testamentum singulorum testium subscriptionem & obsignationem requiri percepimus ex *l. ad testium 22. §. si quis 4. supr. h. t.* Quod requisitum hîc tali axiomate ampliatur: *Singuli testes proprio chirographo annotare debent, qui & cuius testamentum signaverint.* *Nihil facit l. fin. C. de testam.* quia loquitur in casu juris singularis, nempe de testamento rustici. *Dauth. hîc n. 1.* non tamen opus est, ut testis addat, se mandato testatoris subscripsisse. *Anton. de Gama dec. Lusitan. 126. lib. 1.*

Ad

Ad L. finalem.

I. Nuda verba, illum heredem instituam non habent vim testamenti.

NV*da verba & jactatio:* illum heredem instituam *non habent vim testamenti,* quia ad testamentũ requiruntur certa solennia & verba dispositiva, cujusmodi non est nuda jactatio, aut etiam adulatio *arg. l. sciendum 19. ubi Capoll. n. 4 sup. de adilic. edict Dauth. hic n. 1.*

Typographus Lectori S:

C*OEptum hunc tractatum 26 Martij, finitum 12 Junij, Lector amice, Autoris Prosocer Samuel Selfisch Senior, VVitebergæ Consul & Bibliopola primarius, iam 40 annis & amplius, magnis impensis pro imprimendis præstantissimorum autorum scriptis, sine iactatione factis, præclarè de re literaria meritus, mensibus ab hinc quinq; typis meis exscribendum ad me misit: Quod* crescentem amplificari faciliùs, quàm nascentem crescere virtutem, *honoratus senex, experientiâ se edoctum, scriberet. Cui nostrates ICti promtissimè adstipulati sunt, adeoq; hunc tractatum non tantùm apud se imprimi facilè passi sunt, sed aliquot exemplaria sibi reservari contenderunt, omnino sibi persuadentes non tantum, cordatum quemq; hunc laborem impressione dignum iudicaturum, sed etiam rationes inituru*m*, ut Autor ad hanc pulcherrimam telam pertexendam invitetur. Quod super est, errata quædam ab operis commissa, & abs me inter legendum notata, amice lector, ita corriges:* Secundam *lege* secundum *in Rubr. Ad quintæ parti 5. ff. &c.* testamentandi *lege* testandi *in l. 1 verb. iusta n. 4. lin. 7.* Etiam *lege* Et quæ *in l. 5 n. 7. lin. 25.* descriptione *lege* præscriptione *ibid. lin. 36.* potest *lege* possunt *ibid. n 8. lin. 12* tamen *lege* enim *in l. 7. n. 2. lin. 3.* poterit *lege* poterat *ibid. n. 4. lin. 3.* sic *lege* hic *in l. 8. ante num. lin. 9.* libertatem *lege* libertate *in l. 8. §. n. 2. 3. lin. 22.* confirmatus *lege* confirmatur *in l. 12. n. 1 lin. 1.* omnibus *lege* criminibus *in l. 13. §. 2. n. 2. lin. 10.* infortuito *lege* fortuito *in l. 19. n. 1. lin. 7.* potuisset *lege* potuisse *in l. 20. in pr. n. 3. lin. 8.* prohibentur *lege* non prohibentur *ibid. n. 5. lin. 1.*

hosc e

hoſce *lege* hoſce textus *ibid.lin.* 12. intelligat *lege* intelligatur *in l.* 20. §.2.*lin.*6. an ob alterius *lege* an ſi ad alterius *in l.21.in pr.n.9.lin.* 1. teſtamentum *lege* teſtator *in l.*21.§.1. *n.* 5.*lin.fin.* detractatio *lege* detractio *in l.* 22. §.3. *n.* 1. *lin.* 3. *Plura ſi occurrant prudens lector facile reſtitues, nec enim dubito, quin Autor, ſi præſens fuiſſet, plura obſervaſſet. B. V. Lector benevole, & quod facis, publico bono fave*: Dabam Francofurti ad Oderam 14 die IXbris anno

M. D. IC.



C
FIRE